12 in l. quoniam. ĩ. de condi. fur. & hoc de primo.

Secundò †principl'r q̃ro, qñ soluitur alicui falso ꝑcuratori, trāsferēdo ī eū dñiū. hoc acto ꝙ faciet liberari soluentē, quo casu an trāsferat̃ dñiū in ꝑcuratorē ñ est q̃rendū, qa p̄supponit̃ in themate qōis. Itē an liberet̃ statī soluēs nō est q̃rendū, qa p̄supponit̃, ꝙ nō est datū, vt sit liber statī ea sol'one facta, sed vt liberet̃ ī futurū. Isto casu, vt puto non est curandū vtrum sequatur ratihabitio dñi, vel nō: nihil. n. factū est noīe dñi, ſʒ inter me & illū, quē putabā ꝑcuratorē, fuit celebrat⁹ ꝯct⁹ īnoīatus, do vt facias me liberari, ſʒ solū est q̃rendū liberōe nō secuta qual'r subuenit̃ ꝯ ꝑcuratorē; Rñ. siquidē solutū est debitū, hēt locū ꝯdictio ob cām, quasi cā nō sit secuta, vt ñ. & hoc ſm lec. gl. & ĩ. de fur. l. falsus. §. j. Si verò solutū est debitū, nō hēt locū ꝯdictio ob cām, sed ꝯdictio sine cā fuit. n. datū ob cām illā. s. vt facias me liberari ab ea obligatione, q̃ non erat, ergo &c. vt l. j. ĩ. de condi. sine cā. Sed si quid dedi vt facias me liberari ab aliqua actione, vel obligatione non efficaci, cogitabis. & hoc de secundo.

13 Tertiò principl'r q̃rit̃, †qñ alicui falso ꝑcuratori dedit vt nūcio, vl' ministro, vt portaret ad creditorē, hic est aduertendū, aut. n. dedi ei tanq̃ nūcio mei solūetis. & ꝯstat ꝙ in eum nō

a trāsfero dñiū. d. l. falsus. §. j. Itē ꝯstat, ꝙ nō liberor soluendo sibi, qa nullum mādatū hēt à creditore, vt ĩ. de sol. l. q hominē. §. si nullo. ſʒ p̄t esse ꝙ si illa res data ꝑdat̃, ex illa ꝯditione debitor liberet̃, si erat

b debitor speciei. & nō possit sibi culpa imputari, vt l. argentū. ff. cō-

14 modati. ¶†Sed si q̃rit̃ qual'r isti succurrat̃ si rē datā nō tradat creditori. Rñ. siquidē illud quod est sibi traditū, ꝑtinebat ad creditorē, vt res deposita vel commodata, creditori ꝯpetit actio furti l. falsus. C. d fur & ibi no. Si verò ꝑtinebat ad debitorē, debitori ꝯpetit actio furti, & ꝯdictio furtiua. Creditori verò ꝯpetit contra ipm̄ accipiētem neg. gest. ĩ. de fur. l. si is cui. cū glo. & s̃ de nego. gest. l. si pupilli.

c §. ii. Si verò soluitur tanquam nuncio misso cà creditore, tūc dic vt ĩ. dicemus in procuratore falso. & hoc de tert o.

15 Quartò † principl'r q̃ro, qñ soluit̃ alicui, vt ꝑcuratori simplici, & illud hēmus examinare ꝑ quatuor q. Aut n soluit ꝑcuratori simplici, q nunq̃ hūit mandatū. & tūc aut soluit̃ debitū aut indebitū. Itē qñq; soluit̃ ꝑcuratori falso, q alias hūit mādatū: ſʒ fuit reuocatū, & tunc aut soluit̃ debitum aut īdebitū. Primō casū q̃ro, qñ ꝑcuratori q nunq̃ habuit mādatū, soluit̃ dbitū & tūc aut soluit̃ sciēter, & ñ liberat̃, nec repetit, vt hic ĩ 2. gl. & ĩ l. si

d ñ fortè. § q filio. ĩ. de ꝯd. ĩd. & s̃. dixi. Aut soluit̃ ignorāter, d& tūc ēt ñ liberat̃. l. q hoiem. §. si nullo ĩ. de solu. Puto tñ ꝙ si soluēs habuit iustā cām credēdi ipm̄ eē ꝑcuratorē, ꝙ liberabit̃ cedēdo creditori actionē q̃ hēt ꝯ istū falsū ꝑcuratorē. Casus est in l. cū fūd⁹. §. seruū tuū iprudēs. in ff. s. si cer. pe. licèt Cy. dubitādo videat̃ tenere ꝯriū. C. de fur. l. falsus. in prin. 3. q. Sed si q̃rat̃ an in talē ꝑcuratorē sit trāslatū dñiū, certū est ꝙ nō, vt l. si ego. s̃. de neg. ge. nō. n. hic agebat tradēs vt ꝑcuratori q̃reret̃, sed vt dñō ꝑ ipm̄ ꝑcuratorē. l. vero ꝑcura-

16 tori. ĩ. de sol. & l. q mihi donatū. ĩ. d do †Si q̃rat̃ qual'r subueniat̃ ꝯ istū falsū ꝑcuratorē. Rñ. siqdē accepit malo aīo, tenet̃ furti ꝯdict. furtiua. & ꝯdictiōe ob cām. vt hac l. sed si nō habuit malū animum, tūc solū tenet̃ ꝯdictio. ob causam, vt hac l. ver. nō. n. & ver. ꝙ si dñs. Sed dices tu, qūo ꝯpetit ꝯdictio ob cām, cum dominium non sit trāslatū in eū, & nemo ꝯdicit rē suā, vt s̃. dixi? Rñdeo, oportet intelligere eo casu, quo nō fuit furtū ꝯmissum, qa sol'o fuit recōciliata cōsumptione, ꝙ ꝑdest ad cōdictionē ob cām, sicut ad certi cō-

17 dictionē. & ad ꝯdic. indeb. vt no. s̃. eo. l. iij. §. subtilius, in ij. gl. †¶Itē q̃rit̃, quando dat̃ ꝯdictio ob cām, quasi cā nō secuta, q̃ ē ista causa q̃ nō ē secuta ob q̃ dat̃ ꝯdictio? tex. hic vr̃ dicere ratihabitio. Tu dic, qñque ego solui tibi simpl'r credēs te ꝑcuratorē, & ꝑ ꝯsequēs me liberatū icōtinēti, nec à te aliqd petij vltra, & dat̃ mihi cōdictio īdebiti, vt dictū ē. Aut à te petij, & tunc dr̃ cā cessare eo ipo ꝙ ñ seqt̃ liberatio. Sed si forte licet crederē me liberatū, dixi tibi, facias ꝙ ego habeā lr̃as ratihabitionis, tūc diceret̃ cessare cā, si ratihabitio non seq̃ret̃. Istā distinctio. ponit tex. in l. si qs offerēti. i pri. ĩ. de sol. oīa tñ dicta r̃media tollunt̃ ꝯ dictū falsū ꝑcuratorē, ratihabitione secuta ꝑ d. l. si qs offerēti. facit hæc l. ĩ pri. & l. vero ꝑcu-

18 ratori, ĩ. de sol. ¶†Scdō q̃ro, qñ falso procuratori, q nūq̃ habuit mādatū, soluit indebitū. isto casu cōstat ꝙ in eū nō trāsfert̃ dñiū. d. l. si ego. de neg gest qđ patet, quia cōtrectando, furtum facit. vt hic in si Itē non est quærendū de liberatione, cum non sit debitū sed quærēdum est de remediis ꝯ procuratorē. & si quidem ratihabitio non sequit̃, falsus procurator tenet̃ condictione indebiti. l. si procurator. ĩ. de ꝯdi. ind. & hac l. in prin. & l. cum debitū. §. j.

e ĩ. tit. ij. & l. si vēdidero. in fi. ĩ. de fur. Tenet̃ ēt furti, & condictione furtiua, si habuerit animū intercipiendi, vt hic in fi. & d. l. si vendidero. & l. falsus. C. de fur. tñ ratihabitione secuta tenetur dñs ꝯdictione indebiti, vt hac l. in prin & d. l. si vēdidero in fi. & melius in §. si Titius, nō tñ tollit̃ ꝯdictio furtiua, q̃ nata erat debitori ꝯ ꝑcuratorē. d. l. si vēdidero. §. si Titius, qđ qualiter procedat, dic vt ibi, & hoc qñ tali falso ꝑcuratori solutū est ignorāter, sed si scienter solutū esset tunc siqdē ego sciui eū falsum ꝑcuratorē, videor sibi donare, vt s̃. dixi. Si verò credebā ipsum esse verū procuratorē, sed sciēter solui indebitū, tunc videor donare dño: tñ ꝯ ipsum falsum procuratorē ꝯpetunt mihi omnia prædicta remedia, q̃ tñ tollunt̃ ratihabitione secuta, l. si tibi dederim. ĩ. de dona. & hæc de scđo.

19 ¶†Tertiò quęro, qñ falso procuratori, q semel habuit mādatum, & fuit reuocatum, soluit̃ indebitum? Rñ. ꝑ oīa idē qđ in falso procuratore, q nunq̃ habuit mandatū, vt no. hic in gl. ¶Quartò q̃ro, qñ falso ꝑcuratori q habuit mādatū, & fuit reuocatū, soluit̃ debitum? Rñ. d. l. cū qs. §. j. de sol. & hic no. in j. gl. ¶Sed dubitatur cū in multis casib. s. sit dictū, aut secuta est ratihabitio, aut nō. Quero qd habet facere soluēs, si dubitat an dñs ratū hēat, vel nō? Dic vt l. si indebitū. ĩ. rē ra. ha. ¶. Vltimò ex ꝑdictis apparet qđ nō est qō. vtrū in dubio soluēs videatur trāsferre dñiū, vel nō, qñ soluit ꝑcuratori simplici, qa nō vr̃ trāsferr̃, vt d. l. si ego. s̃. de neg. gest. Nec ob. l. dotis fructus §. fi. cū seq. ĩ. de iure do. & l. j. ĩ. ꝑ dote. qa ibi ꝑcedebat titulus habilis ad trāslationē dñij in accipiēte, hic verò non ꝑcedebat titulus. Aut soluit̃ vt ꝑcuratori in rē suā, tūc dic vt ĩ. ti. ij. l. qm̄. & s̃. dixi. ¶Vltimò no. si dubitat̃ an soluit, vt ꝑcuratori in rē suā vl' simplici, an vt nūcio, an trāsferēdo dñiū faciat liberari, hoc ꝑpendi dēt ex qualitate verborū ꝑcedētiū & sequētiū, & eorū q̃ gesta sunt, vt in c. inspicimus. ex. de reg. iur. lib. vj. *Vide de falso ꝑcuratori soluēdo, qs effectus sequat̃. Sed qs effectus sequat̃ soluendo vero ꝑcuratori? Dic qđ si soluit̃ sibi debitū ꝯtingit liberatio. ĩ. de sol l. verò ꝑcuratori. Et est verus ꝑcurator, si hēt ad hoc sp̄ale mandatum, vt ibi, vel gn̄ale ad oia ĩ. de solu. l. q hominē. § si Titiū iuncta gl. in ver. vt ꝑcuratori. Si autē ad agēdum esset ꝯstitutus, tunc nō posset ei solui. vt l. hoc iure vtimur. ĩ. de solu. & de pac. l. sed si tñ. Si verò est solutum indebitum, tūc aut habebat ꝑcurator ad hoc sp̄ale mādatum, & tunc dat̃ ꝯdic. inde. ꝯ dñm. vt de ꝯd. indeb. l. si procurator. Si verò nō habebat mandatum sp̄ale ad hoc, sed gn̄ale ad omnia, tunc hoc sibi mandatum non videtur in isto gn̄ali mandato. Ideo datur ꝯdictio ꝯ procuratorem. d. l. si procurator. §. Celsus. arg. ĩ. quæ in fraudem cred. l. si pater. Et hoc no. ꝑp inquæstas. ꝯ quem debeant fieri, an ꝯ dñium, vel ꝯ procuratorem. Circa quod vide quod scripsi in l. j. ĩ. de cond. indeb.*

ADDITIONES.

a ¶Item constat. Aduerte tamen super hoc, quod quoties pecunia esset data ad numerū quod transferre tur dominium in nuncium, gl. ad eius qui in prouincia. in ver. quas vere & ibi Bar. ff. si cert. pet. & fiat benè tex. in mu[?]. S. [?] ĩ. loca.

b ¶Vt l. argentum. Nota limitationem ad l. argentum, quod procedat tantum in debitore speciei, non quantitatis. Hanc limitationem ponit Aug. in l. si finita. §. si [?] ĩ. de dam. inf. & ibi Imo. & Pau. de Cast. in d. l. argentum & probatur, quia si esset debitor generis, non liberaretur, cum genus perire non possit l. incendium. C. si cer. pet. istud sing. no. Iason l. j. in vlt col. ĩ. de eo per quem factum erit.

c ¶Misso. Adde quod si creditor scribat debitori hoc modo, è il tempo del pagamēto, & mandatelo con vostra salute & mia, & debitor dedit pecuniam homini fide digno, qui aufugit, vel creditori non detulit, an debitor sit liberatus, & quo remedium sibi consulatur, vide Bal. cons. 322. lib. j.

d ¶Ignoranter. adde vt per Bal. cons. 14. cū seq. iij. lib. vbi ponit de quodam filio, q̃ liberauerat debitorem paternum, asserendo se habere mandatum, deinde illud nomen debitoris cesseret, etiam asserendo habere ad id mandatum, vide Io. And. in addi. ad Spe. in tit. de sol. in rub. vbi ponit etiam q. de eo qui suasione falsa procuratoris ostendētis mandatū falsum soluit, & ꝑcurator falsus amisit pecuniā, cuius periculo perierit.

e ¶Condictione. Adde quod ēt tenetur crimine falsi, si per dolum solutionem recepit. l. si autem. §. item sciendum. de neg. gest. per Bart. & Pau. de Cast. hic in addi.

LEX XV.

Cum seruus Res ob cām data, cā non secuta, etiam si desierit extare, ꝯdicit̃: qđ si non est trāslatum dñiū, ad exhibēdū, & furti, seu ꝯdictione furtiua agit̃. h. d. Diuidit̃. Primò ponit vnū dictū. Scdō ponit aliud, qđ vr̃ ꝯriū p̄rio. Tertio reducit ad ꝯcordiā addendo aliqua. Quarto addidit q̃dam ad ꝑdicta. Scda ibi, Labeo. Tertia ibi, sed Proculus. Quarta ibi, sed si tu.

a ¶Op. s. de of. ꝑf vig. l. iij. §. j. dicit Hug. qđ hic suspendit eū iniustè

1 Azo dicit, qđ imò iustè, † qa furtū non est publicum crimen. Gul. de Cu.

ADDITIO.

a Iniustè. Adde ꝙ Pau. de Ca. ex eo q̃ gl. appellat fuiam latā à iudice incompetenti, in iustā elle, notandū qđ si qs vellet dicere fuiam nullam, iniustam, non inepte ageret al leg. gl. sing in auth. de hæ. & fal. in §. exhæred. tor. in ver. iniuste & gl. in l. j. de testi. Alexander vero pro hoc alle. tex. & ibi Bal. in l. scire oportet §. si in ver. iuste. ĩ. de excu. tu.

Quidẽ alia rõe,videlicet,qa hic suspẽdit seruũ,q est vilis a psona
2 †& in uiles psonas pfectus vigilũ hẽt iurisdictionẽ,& ptatẽ.l.ꝯria.
facit.l.interdũ.§.q furẽ.ꝭ.de fur. ¶†Secundò opponit,& vr ꝙ re p-
debeat agi ad æstimationẽ,vt l. in re furtiua.ꝭ.de ꝯdict. fur.
pq.§.e.l.si pecuniã.§.j.iste passus est difficilis multũ: Finalr ego
in obligatione rẽ dari,vel reddi,dẽre agi ad ipsã rẽ,vt hic,&
seruũ.§.fi.de ver.ob.& l.pmissor.ꝭ.de ꝯsti.pec.fiet tñ executio in
,& ẽt ꝯdẽnatio poterit fieri in æstõne.l.Iulianus.ꝭ.de ꝯfes.&
l.si q̃ sen.fine app.rescin.& ibi plenè.* No.ista pp ꝯclusionẽ libelli:
peto q̃ndã equũ pili albi,&c.q cõi æstõne valet x.florenis,saluo iure
pluri,&c Quare peto dictũ reũ sñialiter ꝯdemnari ad dandũ &
reddendũ dictum equum si extat,alias peto eũ ꝯdẽnari ad dãdũ &
soluendũ dictã æstõnem dicti equi:videlicet x. florenos actori,&c.
cũ ꝯclud ẽ ad restituendũ,peto à Titio vnũ equũ pili albi:quẽ
sibi ꝯmodaui ad certũ vsũ,q vsus iã ẽ finit⁹,q q dẽ equus vl ȝ.xx.flo
renis,saluo iure pluri,&c.Quare peto reũ ꝯdẽnari ad reddẽdũ & re
stituẽdũ dictũ equũ,si extat: aliàs peto eũ ꝯdẽnari ad dãdũ & soluẽ
dũ estionẽ dicti equi:videlicet dictos xx.florenos.Et iõ dũ petis ipsã
rẽ,vt scias an extet:vel nõ,ad hoc vt possis petere æstõnẽ,dẽs in fi-
ne libelli facere vnum interrogatorium petẽs dictum reum iterro-
gari,an hẽat facultatẽ restituẽdi dictum equum.* Sed in oblone
rẽ restitui,pt agi & peti res ipsa,& peti æstimatio.ꝭ.de ꝯdict.furt.l.ĩ
re furtiua.& l.j.C.e.ti.& l.si seruus §.boue.dixi plenissimè in l.stiplo
nes nõ diuidunt.ꝭ.de ver.ob.in vlti.opp.in 6.q.¶Opp.de l.si dñs.ꝭ.
de præscrip.verb.Sol.ibi seruus fuit dat⁹ æstimatus.¶Op.ad finẽ,qa
in furto reqrit ꝙ qs ꝯtrectet aĩo lucrãdi.l.j.ꝭ.de fur.sed hic non ha-
4 buit aĩum lucrãdi:ergo &c.Sol.optimè gl.& no.†ꝙ satis vr lucra-
5 ri,cum voluntatẽ suã impleuerit de eo quod placet:& no. ¶† No.
6 ꝙ re perempta agit ad ipsã rem:dixi in l.vinũ.ꝭ.si cer.pe.¶†Quęro
circa principium legis,vtrum sit licitum libero homini dare se ali-
cui in quæstione,vel ad torturã?Gl.in d.l.interdum.§.qui furem.de
fur.dicit ꝙ sic.Contrarium ibi dixi,nã liber homo nõ est dñs mem
brorum suorum.l.liber homo.ad legem Aquiliã. Item tortura est
meri imperij.l.defensores. C.de defenso.ciui.& in Auth. de testib.
§.1.& no.in l.imperium.ꝭ.de iurisd.omni.iu.ergo pacto priuatorũ
7 non põt ꝯcedi,vt C.de iuris.om.iu l.priuatorum.†nec enim põt qs
pmittere alicui quod eum pcutiat,vel ꝙ corpus eius cruciet,vt l.j.
§.vsq; adeo.de iniuriis.¶Secundò quæro si est verum id quod pre-
fectus vigilum iustè fecit,ergo seruus fuit in facinore deprehensus
ergo iste non tenet?Rñdeo,dico ꝙ fecit iustè,hoc est iurisdictionẽ
habuit iudicandi de hoc crimine, non tñ cõtra istum habuit legi-
timas probationes.Vel aliter,& verius,hic fuit datus vt per accipi-
entem haberetur quæstio,vñ eo ipso ꝙ per eum est reptus in faci-
8 nore,cessat causa,ob quam datus est. Fateor tamen,† ꝙ confessio
extorta à seruo præcedẽtibus legitimis indiciis,faciat etiam fidem
contra dominum.l.cum probatio.ꝭ.de probatio.

ADDITIO.

a Vilis.Adde secũdũ Bul.& Alex.ꝙ poterat hic seruus puniri pœna capitali,p l.j.C.de offi. præfe.vigi.sed debuit remitti ad præfectũ vrbis si pœna capitali dignus erat

LEX XVI.

1 *Pecuniam quando ex parte dantis & ex parte dãtis speciem venit dari,non est emptio, sed contractus innominatus, habet locum condictio ob causam.*
2 *Verbum dari ,quando intelligatur proprie,& secundum naturam contractus.*
3 *Clausula,dedit,vendidit,& tradidit,quando constituat venditionem,& quando contractum innoninatum.*
4 *In contractu innominato non cauetur de euictione.*
5 *Condictio ob causam quòd non habeat locum in contractibus nominatis. & num.13.& an ex pœnitentia.& nu.15.*
6 *Donatio an fuerit olim, & hodie contractus nominatus, vel innominatus.*
7 *Pœnitentiæ in donatione non est locus.*
8 *Aliud donatio, aliud pactum de donando.*
9 *Condictio ob cãm,non hẽt locum in contractu donationis,& de ratione nu.10.*
11 *Nominatis in contractibus vbi ex pacto informatur actio,ex eo contractu potest agi condictione ob causam.*
12 *Condictio ob causam quando non habet locum in contractibus innominatis.*
14 *Quando est permistus contractus innominatus,& nominatus,an habeat locum condictio ob causam.*

Dedi Ista lex est valdè no. & h.d.† Qñ ex parte dantis pecuniã & ex parte dantis speciẽ venit dari , nõ est emptio nec vẽditio,sed ꝯtus innominatus, ideò habebit locum ꝯdictio ob cãm. h.d.Gl.diuidit.Primò ponit dictũ. Secundò tres rões.Secunda ibi,
a & ideò.Tu dic,ꝙ ñ sunt rões,immò sunt illatioes ex dicto. ¶ Op.a & vr ꝙ iste sit ꝯtus emptionis & venditionis,vt l.nãlis.§.j ꝭ.de psc. ver.Sol.hic fuit data pecunia vt species, ibi fuit numerata.Istud est diuinare,in se tamẽ verum est.Vel dic,quòd hic fuit actum vt Stichum dares,hoc est accipientis faceres,qd nõ est de nã emptionis & venditionis.l.ex empto.in prin.ꝭ.de actio.emp.Ex hoc sequit ꝙ est ꝯtus innominatus,do vt des. Istud colligitur hic in ver. finge. sed in l.ꝯria fuit dictum,do pecuniam,vt accipiã speciem,verbũ n.
b accipio,ñ includit de necessitate trãslationẽ dñij,vt ibi patet. ¶Cõ
2 tra hoc op.b de l.si stipulatus.ꝭ.de vsuris.Sol.ibi †verbũ,dari fuit ap positũ iuxta ꝯtũ empt.& vend.iõ intelligit impropriè ẽm naturã
3 ꝯtus.Simile in l.j.in prin.ꝭ.depo.† & ideo infrã q̃ fiunt tota die,
c q̃ dicunt,dedit,c vendidit & tradidit,nõ ꝯstituunt ꝯtum innominatum pp verbum,dedit:imo verbum dedit,intellr impropriè pp verbum vẽdidit,cui adiicitur. Sed si diceret,dedit,& tradidit, non adiecto vẽdidit,tunc esset ꝯtus innominatus,vt hic,sed si diceret tm̃ tradidit pro certa quantitate pecuniæ, intelligeret venditio.l. nãlis.§.j.ꝭ.de psc.verb.q tene mẽti.Scdõ op.ad ver.& ideo, de d.l. nãlis.§.sed si Stichum.Sol.vt in gl.& bene.dic vn ibi. ¶Venio ad fi.l.& opp.& vr ꝙ possit agi vt caueat de euictione,vt l.ij.ꝭ.de eui.
4 Sol.ibi†in ꝯtu emptionis & vẽditionis,hic in ꝯtu innominato, ista est vera.Alij,vt Io.dicunt ꝙ hic exigit satisdatio,sed in ꝯtu vẽ ditionis sufficit nuda promissio.Istud nõ vr verũ p l. sciendum.ꝭ. de euic.& ideo tene primã.Op.& vr ꝙ ꝯdictio ob causam locum non hẽat,vt l.ea ꝯditione.C.de rescind.vend.& in l.inciuile. C. de
5 rei ven.Sol.dt gl.illud verũ†in ꝯtib.nominatis, in quib.cessat ꝯdictio ob cãm,hoc in innoĩatis,& pp hoc fuit fcã hæc lex,vt oñde. ret ꝙ ñ hẽat locũ ꝯdictio ob cãm in ꝯtib.nominatis,* qa in ꝯtib.nominatis non agit ad resoluẽdũ ꝯtũ,sed ad interesse,niñ ex pacto iux ta ꝯtũ apposito resultaret ꝯtus innominatus. Nã tunc agit ꝯdõne ob cãm.Sic intellr.C.de pac.inter emp.& vend.l.cũ te fundum.ꝭ.de act.emp.& vend.l.ex empto.*sed in innoĩatis,idẽ in l.j.in fi.ꝭ.de rer.permut.¶Contra hoc op.gl. donatio est hodie ꝯtus nominatus qd patet,qa ꝯsensu ꝯhitur,vt l.si quis argentũ.C. de don:ergo est noĩatus,vt pbat in l.j.ꝭ.de re pmu.sed in donõne est locus ꝯdictioni ob cãm,vt l.j.C.de dona.q̃ sub mõ.& C.eo.l.ca lege.& de donat.l.cum res,ergo &c.Sol.dt glo.fallit in ꝯtu donationis,qui est hodie ꝯtus nominatus.sed olim erat innominatus. Pro declarando istam gl.j. habemus videre vtrum hoc sit verum,
6 †ꝙ donatio d fuerit olim ꝯtus innominatus,& hodie nominatus
d qd tenet gl.hic,& in l.pacta.ꝭ.de ꝯh emp.& C.e.l. 2.Iac.But. dicebat.ꝙ ẽt hodie est innoĩatus.licet.n.hodie ꝯtrahat consensu, non sequitur ergo est noĩatus,qa multi ꝯtus fiũt, qui consensu ꝯhũt & sunt innoĩati.Et sæpe ẽt quidã ꝯtus,qui ꝯhũt re innominati di cunt,vt l.iuris gentiũ.in prin.de pac.Pro Iac.facit,quia etiã hodie ex ꝯtu donationis non oritur actio,sed pp pactum seu ꝯtum da tur ꝯdictio ex lege.vt d.l.si quis argentum.Sed de nã ꝯtuũ nominatorum est,qd eo ipso,qd subsunt actionem producãt. d. l. iuris gẽtium.in prin.ergo &c.Alij dicunt,ꝙ olim & hodie fuit ꝯtus nominatus,quia ita elegans nomen est donatio,sicut locatio, & venditio,& simi.Cum igitur habeat spãle nomẽ,ergo erat,& est ꝯtus nominatus,vt no.de re.permuta.super tub. Istam partem ego teneo,& pbo.qd in ꝯtib.innominatis locus est pœnitẽtiæ ex par-
7 te implentis.l.si pecuniã.ꝭ.eo.† Sed in donatione non est locus pniæ.l.Aristo.ꝭ.de don.ergo nõ erat,nec est innominatus,&.sic al lego p casu l.Aristo.ꝭ de dona.Non obst.quod olim.non contra hebat ꝯsensu,qa etiã stiplo olim nõ ꝯhebat cõsensu,& tñ est con tractus nominatus.l.j in fi.de pac.& ẽt alij contractus nominati, q ꝯtrahunt re,nõ celebrãtur ꝯsensu solo.d.l.iurisgẽtium. in prin.
8 Non obstat,†ꝙ ex isto cõtractu nõ oriatur actio,qa debes scire ꝙ aliud est donatio,aliud ẽ pactũ de donãdo,sicut aliud est vẽditio, aliud est pactũ de vẽdendo.Donatio.n.eo ipso quod est perfecta, est idem de iure antiquo,& de iure nouo.In pacto vero nudo de donando est hodie immutatum, per d.l.si qs argentum.& de illo non quærimus hic.Sed hoc premisso,dicit glo.ꝙ fallit in ꝯtu donationis,in quo habet locum ꝯdictio ob causam,licet sit ꝯtractus
9 innominatus.Est ne istud verum?Rñ.†ꝙ in ꝯtu donationis ꝯdictio ob causam bene habet locum,si causa ob q̃ datur,nõ est secuta,vt C.eo.l ea lege,& de don.l.cum res.& C.de don.q̃ sub mo.l.j. & bene no.ꝭ. de don.l.j.sed ex pnia non habet locum ꝯdictio ob causam ad reuocandũ id,in quo est donatio,vt l.Aristo.ꝭ.de don. pt tñ bñ pœnitere,ne fiat illud qd fuit actũ in donatione , qñ fuit appositum tm̃ ad ꝯmodum pœnitẽtis.d.l.Aristo.& statim dicã in
10 aliis ꝯtib.noĩatis.†Scdõ habemus videre q̃ sit ratio spãlitatis in donatione.Rñ.in aliis ꝯtib.noĩatis ex pacto incontinẽti apposito,vt aliqd det vel fiat,informat actio descẽdẽs ex eo ꝯtu.l.tenetur.§.j ꝭ.de ac.emp.& l.in bonæ fidei.C.de pact.& l.iurisgẽtiũ. §.j. de pac.ideo cũ ad hoc ꝯpetat actio ex ꝯtu noĩato,nõ hẽt locum ꝯdictio ob cãm,sed agit actione ex eo ꝯtu,sed in donatione hoc nõ est.Exẽplũ,dono tibi librũ vt soluas creditorib,meis,donatio fit pro te,& ad tui ꝯmodũ nõ poterit informari vt pariat actionẽ mihi,vt habuisti no.in l.lecta.ꝭ.si cer.pe.& C.de pac.l petẽs.& l.iurisgẽtiũ.§.quinimo & ibi gl.ff de pac. & si cum actiõe ex eo ꝯtu non possit agi,hẽt locũ ꝯdictio ob causam.Eadẽ rõne dico idẽ in aliis

ADDITIONES.

a Pom.¶Oop.Vide aliquid per Præpositum,c.qui venatoribus.86.distin.
b Pom.¶Contra hoc opp.Vide Aret.consi.162.
c ¶Dedit.Adde vt per eundem Bart.in l.j.C.de rer.perm.& in l.ex empto.in prin.ꝭ.de act.emp.& in l.si stipulatus.ꝭ.de vsur.
d ¶Donatio.Adde vt per Alex.in l.iurisgentium. in prin.ꝭ. de pac. cui inquantum tangit post Bald.an statutum loquẽs in venditione,habeat locũ in permutatione.& se remittit ad Spec in tit.de empt.& vend.§.nunc dicendum.el ij.ver.sed pone statutũ.& ibi Io. And,adde post illos Rom,consi.107.

alijs ɔ̃ctib.noĩatis.Pone,ꝑmitto tibi ꝑstipl'onẽ dare cẽtum,vt vadas ꝑ me Romã.ex hac stipl'õe ñ p̃t agi actiõe ex ɔ̃ctu,vt vadas ꝑ me Romã.qa fuit interposita ꝑ te,ñ ɔ̃ te,vt no.in d.l.petẽs. poterit ĝ agi ɔ̃dictione ob cãm vl'actiõe ꝑscr.ver.sicut ĩ ɔ̃ctib.innoiatis,di-
11 cã in d.§.q̃nimo ¶† Cõtra p̃dicta op.& vr̃ φ ẽt in ɔ̃ctib.vl'ex pacto informat actio ex eo ɔ̃ctu possit agi ɔ̃dictiõe ob cãm.l.cũ te. C.de pac.inter emp.& ven.Sol.dt gl.& bñ,φ ibi illud quod deuenit ĩ ɔ̃ctu(al's pacto) dederat cãm ɔ̃ctui noĩato,vt no.in d.l.cũ te.secus si cãm ñ dederat.vt d.l.ea ɔ̃dõe.C.de resci.vẽ.& ista ẽ vera ẽm oẽs, lʒ q̃dã glossatores antiq̃ aliter dixerint,vt no.ĩ l.pacta ɔ̃ucta.ꝭ.de ɔ̃h.
12 emp.circa fi.mag.gl.¶Cõtra p̃dicta op.& vr̃ † φ ẽt in aliq̃b ɔ̃ctib. innoĩatis nõ hẽat locũ ɔ̃dictio ob cãm,vt facio vt des,& facio vt facias:qa facta nõ p̃nt repeti.l.pe.ꝭ.de ꝑscr.ver.Gl.fatet̃ p̃riũ,& sic hẽt locũ solũ in do vt des,& in do vt facias,& in do vt nõ facias,& ĩ ꝑmutatione.Simile habuisti in l.si pecuniã in pri.§.e.sed hoc nõ est verũ,qa ẽt facta q̃nq; p̃nt repeti.l.si q̃s accepto.ꝭ.e.Præterea licèt ñ possint repeti,tñ sunt ꝑdita remedia ĩ locũ ɔ̃dictionis ob cãm.l.cũ
a ꝑponas.C.de dolo.& hoc ẽt tenebat Gul.de Cu.Reassũmo,q̃ p̃dicta bñ,q̃nq; est ɔ̃ctus innoĩat⁹ merè & simpl'r,& tunc hẽt locũ ɔ̃dictio ob cãm.tã ex pnĩa,q̃ ex cã cessante,vt hic.& l.si pecuniã in pri.
13 §.e.& l.nãlis.ꝑ totũ.ꝭ.de ꝑscr.ver.† Q̃nq; est ɔ̃tractus noĩat⁹ merè & simpl'r,& tunc nullo mõ est locus ɔ̃dictiõi ob cãm.nec ex pnĩa nec ex cã cessãte,vt hic,& l.j.ꝭ.de rer.ꝑmu.& l.inciuile.C.de rei vẽdi.& l.sicut de act.& obli.*Et ex hoc,φ non sit locus pnĩæ in ɔ̃tractib.noĩatis,sequit̃,φ licèt venditor tradiderit rẽ,tñ põt repetere, licèt emptor nõ soluat p̃tiũ:secus in ɔ̃tractib.ĩnoĩatis, vt alle.l.ciuile. Sed ɔ̃tra hoc vr̃,φ imò eodẽ mõ possit rescindi venditio, nisi emptor impleat id quod conuenit.sicut in ɔ̃tractib.innoiatis.C.de pac.inter emp.& ven.l.cũ te.Sol.dicunt quidã,aut in ɔ̃tractib.innominatis non implet̃ illud quod erat faciendũ ex forma ɔ̃tractus:& tũc nõ p̃t rescindi ɔ̃tractus,vt l.alle.Aut nõ adimplet̃ pactũ appositũ iuxta ɔ̃tractũ:& tunc aut illud pactũ erat cã finalis, vt qa aliàs ñ erat ɔ̃tracturus,& tunc rescindit̃ ɔ̃tractus:aliàs nõ.Sic soluit glo in d.l.cũ te fundũ.in verbo,ɔ̃ueniat.Sed quare magis rescĩdit̃ ɔ̃tract⁹ quando nõ adimplet̃ pactũ appositũ iuxta venditionem,q̃ si non soluat̃ p̃tium,nõ video:imò magis vr̃ ɔ̃trariũ,qa magis ẽ cã finalis, solutio p̃tij,q̃ pactũ appositũ iuxta eã.Ideo credo aliter dicendum: qa aut illud pactũ appositũ iuxta venditionẽ, facit eam transire in nãm ɔ̃tractus innominati , vt q̃n vendebã tibi Codicẽ: vt tu dares mihi decẽ,& Digestũ tuum:vnde in isto casu magis hẽt naturã ꝑnunciationis,q̃ venditionis:ideo cẽset̃ ɔ̃tractus innoĩatus:vt l.q̃rit̃ §.de sta.ho.qa tũc põt rescindi ɔ̃tractus,nisi seruet̃ pactũ.Sic intellige d.l.cum te. Aut non facit transire in naturam ɔ̃tractus innoĩati, qa minus valet quod ɔ̃tinet̃ in pacto,q̃ ɔ̃tineat p̃tiũ,tunc nõ rescindit̃ ɔ̃tractus.Sic intelligo l.ea ɔ̃ditione.C.de rescin.vend.* Q̃nq;
14 † est ꝑmistus ɔ̃tractus nominatus cũ innoĩato Exẽplum,vendo tibi fundũ pro centũ hoc pacto vt des mihi librũ.Nam hic primò ẽ est contractus nominatus,quia vendo,& est mistus cum cõtractu innoĩato,'vl' do.n.vt des.Aliud etiam exemplum,dono vt aliquid facias,vl' vt aliqd des,vl' promitto ꝑstipl'onẽ vt aliqd des,vl' facias.In his vides ꝑmistum ɔ̃tractum noĩatum cum innoĩato.Et br̃ vbicunq; ɔ̃ctus noĩatus celebrat̃ ob aliq̃ cãm extrinsecã ex subã ipsius ɔ̃ctus,p̃t dici ꝑmistus ɔ̃ctus noĩatus cum innoĩato,isto vocabulo vtit̃ l.Aristo.ꝭ.de dona.hoc ergo casũ dicas , Aut illud qd deuenit in pacto informat actionẽ descendentem ex ɔ̃ctu noĩato aut non.Primo casu,aut illud qd deuenit in facto fuit causa finalis,ob q̃ deuentum est ad ɔ̃ctum,& ea cessante põt agi ɔ̃dictione ob causam,vt l.cũ te.C.de pac.inter emp.& vend.Aut non fuit cã finalis,& tũc secus,vt l.ea.C.d rescin.vend.Si verò actio nõ informatur,tũc p̃t agi ɔ̃dictione ob cãm cã cessante.l.j.C.de don.q̃ sub mõ.cum sim.§.alle.& hoc est verũ de ɔ̃dictione q̃ orit̃ ex cessatio-
15 ne causæ.Sed si q̃ris,an in ɔ̃ctibus nominatis sit locus ɔ̃dictioni ob causam ex pnĩa,dicas aut ꝑ pnĩam q̃s vellet recedere ab eo qd venit in ɔ̃ctu nominato,& non p̃t.d.l.Aristo. Aut ab eo qd venit in pacto extrinseco,& tunc aut illud pactũ fuit appositum grã pœnitentis tñ,& licet sibi pœnitere.Aut grã ipsius,& alterius,& nõ licet,l.ij.& ibi no.& l.iij.l.q̃situm.ꝭ.de ser.expor.l.Aristo.de dona.

ADDITIO.

a ¶Ioan.Fran.Ru.¶Reassumo.Vide clarius hic per Ias.circa fin. qui facit regulam cum sex fallentiis in isto articulo.

De condictione ob turpem causam. Rub.

¶Continua vt in gl. ¶ Quærit gl. circa rub.vtrũ hic titulus hẽat locũ ob cãm p̃teritã,vel futurã:dicit gl ob vtrãq;.¶Idẽ no.C.eo. sup rub hoc vr̃ ꝑ gl pen.ꝭ.e. vbi ob cãm turpẽ p̃teritã pecunia data repeti nõ p̃t.simile qd met.cã.l.ij.Dicunt Doct.φ dẽt intelligi gl. qd hæc ɔ̃dictio respicit cãm futurã vel p̃teritam, intellige præteritam tempore repetitionis,seu futuram tempore traditionis,& sic non obstant contraria. Sed cõdictio ob causam nunquam habet locum si causa,ob quam datur,est facta & præterita.Facit lex, si plagij,de verb.obl.& quod ibi no.dic vt ibi Bart.

LEX PRIMA.

1 *Iudici datum vt ferat sententiam iustam pro se quando possit repeti.*
2 *Pignora data ob turpem causam,quando possint repeti.*
3 *Turpitudinem suam quis allegare potest ad consequendum causam suam.*



Omne. Datum ob causam honestã nõ repetitur ea secuta,sed datum ob turpẽ causam,si est turpitudo ex parte accipientis,repetitur,secus si est turpitudo ex parte dantis,vel vtriusque.h.d.vsque ad l.idem si ob stuprum.§.si tibi indicium. ¶Opp. dicitur hic in l. vt puta.§.fin.in fine,ɔ̃d q̃n aliq̃s dat iudici,vel fatur turpitudo solũ ex parte recipientis.Cõtra.C.de pœ.iud.q̃ malè iud.l.j.& auth.ibi posita.Huius timore iste ver.sed & si dedi,legitur in gl.duob.mod. ẽm primum modum corrigit̃ ꝑ sequentẽ literã,ibi,sed hic quoq;.& ẽm hoc lex ɔ̃ria nõ obst.ẽm alium nõ corrigit̃:& ista est vera,qa si corrigit̃ ꝑ legẽ seq.q̃ incip vt i,nihil adderet ad p̃cedẽtia.Ex qua lec.
1 † hẽs qd aut q̃s dat iudici,vt ferat sñiam ꝑ se,iustã tñ. & tunc da
a tum p̃t repeti ꝑ ɔ̃dictionẽ ob cãm,licet pdat litẽ principalẽ: sed si dedit iudici vt daret sñiam ꝑ eo iniustã.tunc pdit litẽ principalẽ: & ñ p̃t repetere qd dedit,vt iudicet.l.vbi.ꝑx.sec.hodie verò indistinctè,siue dedit vt iudicet ꝑ eo in bonã cãm siue in malã , pdit vtrũq;,d.l.j.de pe.iudi.q̃ malè iud.& in auth.ibi posita.*Vide gl. ĩ l.ij.ꝭ.e.ĩ verb.sed & si dedi in tabu.ar.ɔ̃. Dic φ voluit allegare c. fi.xvj.q.vj.vbi Ep̃s pp delictũ nõ pdit litẽ Ecclesiæ: sed ibi ẽ rõ , φ delictũ ꝑsonæ nõ dẽt redũdare ĩ dãnũ Ecclesiæ: sed al's ĩ ꝑpriis bonis punit̃,vt ibi pʒ.Alij habẽt ɔ̃ɔ̃rio allegãt c.nõ semel.xviii.q v. vbi Ep̃s pp visitationẽ p̃t aliqd accipere.Sed ibi est rõ , ꝑsuetudo, vl' signũ subiectionis & superioritatis,vt ibi pʒ.& ĩ c.seq. & dic vt no.ꝑ Bern.ĩ c.dilect⁹.j.ex.de simo.*¶ Quærit gl circa fi. eiusdẽ
2 l.qd si ob turpẽ cãm dedit pignora.† tũ possit illa repetere. Gl. hic dicit φ sic idistinctè.qa pign⁹ ñ ẽ p̃ctũ m sed ĩ l.ij.C.eo.distinguit,aut q̃s vult agere rei vẽdicatiõe,aut pignoratitia actio.Doc. Vltram.ibi dñt idistinctè φ neq; rei vẽd.ratione,neq; pignoratitia possit agi si n agis rei vẽdicatione,obijciã de hypotheca , tu replicabis φ ob turpẽ cãm fuit facta.& sic nõ dẽs audiri allegãdo turpitudinẽ tuã.Ego dico φ põt agi pignoratitia & hypothecaria
3 nã hoc titulo ꝑhibet̃ † q̃s allegare turpitudinẽ suã principaliter agẽdo & fundãdo & intẽtionẽ suã ex turpitudine illa.Sed q̃n intẽtionẽ suam fundat ex alio,tunc ad iuuandã cam p̃t suã turpitudinẽ allegare.l.al's.§.de iurei.& ibi plenè dixi:poterit.n.esse quodadã remediũ indubitabile,& erimus extra opi.s. vt ɔ̃ accipientem ɔ̃sagat,vt liberetur à principali obl'one facta ob turpem causam, quod potest facere siue ex parte promittentis , siue ex parte recipientis,siue ex parte vtriusq; versetur turpitudo : vt l.j.C. eo.qua
b obligatione sublata poterit agi pignoratitia,[b] vel rei vendicatione,vt l.item liberatur.ꝭ.quibus modis pign.vel hypo.sol.

ADDITIONES.

a Iustam tamen.Adde ad hanc q.Ioan.And.in addi ad Spec.in tit.de iud.§.generalia.vers. posset etiam.vbi ponit de tutore qui accepit marcham argenti à pupilla,vt illam traderet nuptui. Tutor pupilla facta maior petit, tutor repetit,dicens condigno tutori eam tradidisset.Facit alia q.Pet.de Anch.consanguineus quidam similiter accepit pecuniam à consanguineo,vt illum matrimonio traderet,cui [illegible] adimplere habens conscientiam læsam,quærebat an restituere teneretur quod habuerat à dicto consanguineo,vel licite retinere posset vel [illegible] condidit [illegible] erogandam [illegible] apparebat φ mala [illegible] idem consanguineus habuisset:latius vide eius cons. 174. inc præmittendum.An autem liceat aliquid dare iudici,vt aliquem eximat de banno.& [illegible] vide pulchre Bal.cons.478.lib 4 incip.proponi.

b ¶Pignoratitia.[illegible] Fulg.quem sequuntur.Alex.φ non potest [illegible] liberari cum principalis obligatio sit nulla,vt no.gl.in d § si ob maleficium & no.Bar. [illegible] ꝭ. eo præterea [illegible] fundaret intentionem suam in turpitudine sua,ergo [illegible] agens.l.ij.ꝭ.eo.Non obst. secundum ipsos l j. C.eo. quia non loquitur in agente,sed in accipiente,An autem ille qui deposuit ob rem turpem peragendam,possit agere vt depositum restituatur,vide pulchre per Bald cons.78.incip.sex sunt.Et de dicto Fulg.vide omnino Bald.cons.5.iiij.lib circa fin.cons.

LEX III.

1 *Indiuiduum si datur partim ob turpem causam, & partim ob honestam, repetitur pars æstimationis.*
2 *Equus diuiduus est.*

1 Vbi.†Quærit gl.qd si dedi rẽ indiuiduã,vtputa seruitutẽ,vel equũ,partim ob turpẽ causam,& partim ob honestã,an totum repetet̃?Vr̃ φ sic.alleg.gl.l.iij.in fi.ꝭ.si q̃s omis.cau.test.vult allegare ꝭ.ad Sylla.& illa lex bene facit,& facit ꝭ.de iure fis.l.nõ intelligitur.§.si q̃s palã.Quidam dicunt,φ totũ repetit̃.l.si nõ sortẽ
a §.si cẽtũ.ꝭ.ti.j.Alij dñt, φ repetit̃ pars æstimationis,vt ꝭ.de le.ij.l.cũ filius.in prin.& hoc tenet Cy.in l.hæc scriptura.de ɔ̃d. & dem.qd etiam tãgitur in gl.de fratrib.de nouo benefi.inuestitis.c.j.in vtib, feu.Non obst.l.si nõ sortem. §.si centum.ꝭ.de ɔ̃d.indeb.qa ibi fuit error in soluente,propter quẽ ɔ̃ceditur repetitio totius: hic autẽ nullus error præsupponitur.Ad vnum tamen aduerte,φ gl.hic di
2 cit †equum esse indiuiduum , quod est falsum, imò est diuiduus sicut cæteræ species.l.ij.de verb.oblig.& l.de sol.l.si stip.§.j.Possumus.n.habere partem dimidiam equi, vel tertiam ,vel quartam: non autem dimidiam seruitutis,vel aliorum indiuiduorum.

ADDITIO.

a Pom.¶Alij dicunt.Vide multa,quæ scribit Aret.& Alex.in l.si plagij.ꝭ.de verb.obl.quæ potes ad propositum reducere.

LEX IIII.

1 *Promissum meretrici potest peti.*

a Idem si. Ad principiũ op. s. quod me. cã. l. nec timorẽ. & l. seq. Sol. vt in gl. hic & ibi ¶Venio ad §. a sed & quod meretrici. & op. vr ꝙ prima cã dẽat inspici. l. verũ. la 2. j. de fur. sed pria est turpis in eo ꝙ meretrix est, ḡ &c Sol. dicit gl. aliud ibi, aliud hic, & ñ dicit plˀ. Tu dic ꝙ ibi prima cã tollit effectũ sedi actˀ, facit. n. cessare dolũ & aĩum lucrãdi, q̃ rõ hic cessat. ¶†Quæro, qd si meretri-
1 b cibest ꝓmissũ, an poterit petere: Gl. dicit ꝙ ñ l. gñaliter. & l. si plagij. de ver. ob Et qa q̃dã honestè rcipiunt, q̃ ñ honestè petunt. l. j. §. j. j. de va. & extraor. co. ¶Idẽ no. C. e. l. 2. & l. j. idẽ in l. affectiõis. j. de don Doc. Vltram. & Cy. sequẽdõ eos dñt ꝯtrariũ ꝓ rõne positã ĩ ĩ tex. q̃rũ opi. alˀs ꝯsuetˀ sũ tenere ꝑ gñalitatẽ l. affectiõis. j. de don. Pręterea in minore & milite est speciale, vt no. in d. l. affectionis: ḡ in ꝯtrariũ est ius cõe in alijs. Cõtra hoc facit l. si j. de act. & obli. So. ibi mulier ꝓmisit viro, hic vir ꝓmisit mulieri meretrici. In alijs verò mulierib. quæ meretrices non essent, cessat ratio hic posita.

ADDITIONES.

a Pom. ¶Venio ad §. Vide ad hoc Præpositum, in c. qui venatoribus. dist. 86.

b ¶Meretrici. Adde quod Ale transit cum opi. quod datũ meretrici, ne sit meretrix, possit repeti per istum tex. ad quod vide no. per Bal. cons. 5. iiij. lib. in cip. præmittendum.

1 *Furem indicandi gratia aliquid accipere licet.*

2 *Indicare malefactorem parti quis non cogitur, & quando iudici. nu. 3.*

4 *Bannum si fiat quod qui indicauerit malefactorem habeat centum, quod particeps criminis indicans non habebit præmium.*

5 *Bannum factum pro recip endo malefactorem etiam si sit particeps criminis & remitatur pœna, valet.*

§. Si tibi. Põt qs honestè accipere vt malefactorẽ ĩdicet, ñ vt eũ celet, nisi sit ꝑticeps crĩis. h. d. *Ex hoc tex. sumũt q̃dã argm̃, ꝙ nemo ꝯpellit̃ testificari in cã crĩali: qa nemo ꝯpellit̃ furẽ ĩdicare, vt hĩ. Sed ꝯtrariũ est verũ: qa testificari est munˀ publicũ, vñ q̃libet tenet̃ hoc facere, vt j. de tabu. exhi l. 3. §. hoc interdictũ. ver. solent. & est casus in crĩali cã. j. de testi. l. 4 Nec ob. §. iste, qa verũ est, ꝙ nemo ꝯpellit̃ furẽ ĩdicare iure actionis, nec ꝑ officiũ iud. anteq̃ furti ꝯueniat: sed postq̃ fuit cõ entˀ sup furto, iuris ordine, optimè põt qs cõpelli testificari. Itẽ dr̃ hic, ꝙ ꝓ fure indicãdo, põt qs licitè salariũ accipere. Cõtra de l. falsˀ. §. si qs alienũ qd. j. de fur. dic ꝙ ꝓ re furtiua inueniẽda, vl ĩdicãda licitũ ẽ salariũ accipere, vt hic, ñ ꝓ indicata, vel inuẽta restituẽda. l3 aliq̃d accipere, vt ibi. Sed pone, ꝙ aliq̃s delinquens inuestigabat̃ à iudice, aliq̃s venit ad iudicẽ, & dixit vultis, ꝙ ego indicẽ vobis delinquentẽ, solũmõ ꝓmittat̃ mihi, nõ recipiã aliq̃d nocumẽtũ, promissũ est ei: dixit ipe. Ego sũ. q̃rit̃, an illud pactũ sit sibi seruandũ hic hẽs tex. ꝙ nõ.* ¶†No.
1 ꝙ l3 alicui accipere aliq̃d vt aliq̃ indicet. 1 ¶Op. q̃ñ qs accepit pe
a cuniã vt faciat id quod gratis facer̃ tenet̃, turpiter accipit. j. e. l. pe. s3 qs gratis tenet̃ ĩdicare furẽ, qd patet qa tenet̃ ferr̃ testimoniũ ẽm
2 veritatẽ, alˀs punit̃, ḡ patet ꝙ hic turpiter accepit. Sol. si q̃ris, †an qs teneat̃ indicare malefactorẽ pti, & nõ tenet̃, vt hic, & ideo àpte lici
3 tè accepit. †Sed si q̃ris an teneat̃ indicare iudici: Rñ. aut q̃ris an iudex possit quẽ ꝯpellere ad petitionẽ ptis, & nõ põt ar. huiˀ §. Nec ob. si dicis ꝙ testificari cogit̃, qa tunc nõ indicat furẽ, imò ꝯ furẽ iã indicatũ & accusatũ testificat̃. Sed si q̃ris an iudex possit hoc facer̃ ex officio suo, fortè faciẽdo inq̃sitionẽ gñalẽ. vt ꝓuinciã purget malis hoĩb. & tunc ꝑ iudicẽ cogit̃: l. ꝯgruit. s. de offi. ꝑsi. & ex de fur. c. q cũ fure. Ita debet intelligi C. de fur. l. ciuile est. ita debet intelligi hæc gl. quã vide sup ver. repeti. Op s. ea. l. §. j. Sol. turpiter accipit̃ ne fur indicet̃, sed vt indicet̃, non accipit̃ turpiter, vt hic. ¶Item op. ad secundum responsũ in prin. huius l. ad ver. ꝙ si à fugitiuo, & videtur ꝙ datum ne indicet, non possit repeti, quia versatur turpitudo ex parte vtriusq;. s. eo l. j Sol. non potest repeti ab ipso malefacto-
b re dante, vt ibi. sed ab alio sic, vt hoc ver. ¶Vltimò b not. istum ver.
4 fin. †ad excusationem communis Perusij quod fecit bannimentũ ꝙ quicunq; indicaret occisores Sabbati Iudæi haberet tãtam quãtitatem. Nam debet intelligi de alijs indicantibus quam de socijs & participibus criminis. Illi enim licitè accipere non possunt: & ideo ille Fornarolus qui indicauit alios, licitè fuit suspensus. Sed qd
5 †si fiat lex vel bannimentum ꝙ etiam si esset de participib. criminis ei remittatur pœna an valeat? Certę sic, in authenti. nouo iure. C. de pœna iudicis qui male iudi. & l. non omnes. §. si, de re mili.

ADDITIONES.

a Indicet. Adde quæst Ioan. And. in rub. de fur. in addi Spec vbi format quæst. de eo, qui passus est damnum pro furto, qui pactus fuerat cum Titio quòd si sibi indicaret furem, si ipse in aliquo teneretur, ipsum liberaret, quòd si ipse fuit de furibus, quòd factum non prodest sibi.

b Pom. ¶Vltimò. Vide Alex. in l. rogasti in prin. s. si cer. per. facit quod dicit Bar. in l. transactio. C. de transact. Fel in c. dilecte fili, & in c. j. de offi. deleg.

LEX V.

Si quis à seruo. Ista lex fuit summata cum præcedenti, ideo non summo. ¶Quærit glo. qua actione ista pecunia repetatur? Et distinguit: aut extat, & vendicatur. Aut est consumpta, & condicitur.

LEX VI.

Perpetuo. Regula ista est infallibilis, quod apud aliquem est ex iniusta causa & turpi, repetitur. h. d. Intellige cum distinctione præcedentis legis, aut est turpitudo ex parte dantis, aut ex parte recipientis, aut vtriusque.

LEX VII.

Ex ea. Istam legem declarabo j. l. prox. & dic vt ibi. & non eget summario.

LEX VIII.

1 *Repetitione in cõcedẽda ob turpem cãm tp̃s solutionis, nõ ꝓmissionis inspicitur.*

2 *Exceptio cessationis turpitudinis tpe solutionis per reum conuentum in actione quod metus causa, vel condictionis ob turpem causam, potest opponi, licet non in remedijs recuperandæ possessionis.*

3 *Turpitudinem vel metum affuisse quis probat tempore solutionis.*

4 *Stãte statuto cõtra ĩstrumẽtũ ꝙ nõ possit opponi exceptio doli, metus, vel turpitudinis, tamẽ solutũ ex turpi causa, vigore talis instrumẽti poterit repeti.*

5 *Tirannus si compulit me promittere centum & soluo tirannide durante, taliter solutum poterit repeti.*

6 *Metus amissionis omnium bonorum æquiparetur metui mortis.*

7 *Mulier, quæ cõsensit instrumento facto per virum si probet se acerrimè fuisse percussam ante a viro, quia nolebat consentire, videtur fecisse metu.*

8 *Promissio quando est facta ob turpem causam, non est nata obligatio.*

a Si ob turpem. a Ista est no. lex, & habet pulchrã materiã. & h. d. Promissum ex causa turpi ex parte recipientis, si soluatur cã finita non repetitur, sed q̃ñ est tupitudo ex parte vtriusq; siue causa sit finita vel nõ, solutũ nõ repetit. h. d.
1 Vel breuius. †In ꝯcedẽda repetitione ob turpẽ cãm tp̃s solõnis, nõ promissionis inspicit̃. Diuidit̃, primò loq̃tur q̃ñ turpitudo est ex parte recipientis tm̃. Scdò q̃ñ ex parte vtriusq;. Scda ibi, porrò, Gl. nostræ non dñt aliq̃d nisi, ꝙ declarant tex. Ad hanc l. ꝯcordat. C. ꝙ met. cau. l. ij. Sed ꝯ. s. l. prox. & ꝙ met. cau. l. metum. §. sed qd ꝑtor. Sol. ibi fuit adhibitus metus tpe promissionis, & solõnis q cessat, hic tpe solõnis. ¶Op. ad istud, qa spoliatˀ ante omnia est restituẽdus. C. ad leg. Iul de vi. l. si qs ad se fundum, ḡ ꝯ agentẽ actione ꝙ met. cau. non poterit opponi hæc exceptio, ꝙ sublata sit turpi-
2 tudo, seu metus ꝑ sequentẽ solõnẽ. †Sol. q̃ñ qs ageret interdicto recuperande possessionis, vel alio remedio recuperãde possessionis, ꝓcederet l. ꝯria. sed q̃ñ agitur actione ꝙ me. cau. vel ꝯdictione ob turpẽ cãm, in qua non fuit spoliatio facta ꝑ vim ablatiuã, vel expulsiuã, sed ꝑ ꝯpulsiuã, vbi est partis ꝯsensus, tunc põt opponi dicta exceptio, vt hic, & C. qd me. cau. l. ij. ꝓbat̃ hæc distinctio ex, de c rest. spol. c. ij. & iij. de renun c. sup hoc. & qd ibi no. ¶Opp. ꝙ met. cau. l. iij. & iiij. vbi recipiendo ꝑtium rei vẽdite ꝑ vim nõ tollit̃ metus vel turpitudo. Rñ. hic soluẽdò facit aliquid, ꝑ quod sibi abest aliq̃d, & ei q metum, seu turpitudinẽ fecit, adest: sed in l. ꝯria est totum ꝯ. Nam passo metum adest, & inferẽti abest, qa soluit. Quod ḡ fit ad eius diminutionẽ non operat̃ ꝯfirmationẽ iuris sui. Ita vr̃ sentire Inn. in d. c. sup hoc. ex. de renun. Cõtra hoc facit s. de inoff. test. l. pen. vbi recipiendo vr̃ approbare tm̃. Sol. in eo q passus erat metum seu turpitudinẽ. nõ est turpe ꝑsumere ꝙ ꝑtium acceperit, vt sibi sit cautum ꝯ metũ inferẽtẽ, & sic eum quodãmõ decipiat. Est. n. dolus bonus, vt l. j. §. j. s. de dol. hoc. n. facit vt fraudẽ elidat, vt l. cum pater. §. Titio de leg ij. q̃ rõ cessat in d. l. pen. de inoff. test. qd
3 tene menti. †Quæro, qs dẽt ꝓbare, vel ille q repetit ꝙ tpe solõnis turpitudo subesset, vel ille à quo repetit̃ ꝙ nõ subesset. tex. & gl. in l. ij. C. ꝙ met. cau. dñt de ipso actore repetẽte. In ꝯtrarium facit c. sup hoc. ex. de renun. Rñdeo, q̃ñq; actor fundat intentionẽ suã ex turpitudine adhita tpe ꝯtractus celebrati, & reus dicit turpitudinẽ esse submotam ex seq̃ẽti ratihabitione, tunc reus dẽt ꝓbare. vt d. c. sup hoc. Q̃ñq; actor nõ fundat intentionem suam ex turpitudine adhibita tpe actus, vel ꝯtus celebrati ꝯ quẽ venit, sed adhibita tpe anteriori. Exemplum qs promisit & soluit, nunc venit qs contra solutionem, certè non sufficit probare turpitudinem tpe promissionis, vt hic, & l. ij. C quod met. cau. Sed contra hoc opp. iste soluens soluit ex necessitate primæ obligationis: ergo sufficit probare turpitudinẽ adhibitã in obligatione prima, vt j. de dam.
b inf. l. damni. §. Sabini. Sol. b dic ꝙ hic nõ habebat necesse soluere, qa erat tutus exceptione, vnde solutio ñ habuit necessariam ꝯsequentiam ad probationem, sed in l. ꝯria finis habuit necessariam
4 ꝯñam à principio: ꝓbatur in l. iij. §. j. de mino. Et ꝑ hoc dico † ꝙ si ex necessitate primę obligationis, qs soluerit ex forma statutorũ Italiæ, q̃ volunt ꝙ ꝯtra instrumenta non possit opponi exceptio
c doli, metus, vel turpitudinis: c sed solum permittunt quasdam exceptiones, ꝙ tunc solutum posset repeti, quia tempore solutionis adhuc subest turpitudo, & habet necessariam ꝯsequẽtiam ad primam

ADDITIONES.

a Pom. ¶Si ob turpem. Vide Cęp. caut. 28.

b ¶Sol. Vide Alex. cons. 4. vbi ponderantur ista verba, in j. vol.

c ¶Turpitudinis. Adde vt per Bal. omnino cons. 5. iiij. lib. incip. factum sic se habet. vbi videtur tenere, quod tale statutum non valet, quia est contra ius diuinum, quòd turpitudo possit allegari, & ibi vide quando verba statuti diriguntur iudici, qualiter consulitur ei qui promisit ob turpem causam,

5 mā turpitudinē.†Id⁹ dico a ſi met⁹ ſublat⁹ adhuc tpe ſolōnis du-
a rat exēplum tyrann⁹ b ꝯpulit me ad promittēdū centū,vel ē: cōe
b iſti⁹ ciuitatis:certè tpe ſolōnis adhuc ſubeſt metus,donec tyrānia illi⁹ durat,vel regimē iſtius ciuitatis,arg. l.Fulcinius.§.cū hoc edictū.ex q.cau.in poſ.ea.& eſt expſſum ex ꝙ me.cau.c.j.cū gl.ſi.nec ꝑt dici,tu dēbas recedere de illa ciuitate,& dimittere domū,& oīa
6 bona tua,†qa imò debuit primò ſoluere.Metus e.n.ꝑditiōis oīum
c bonorū æqparatur metui mortis.l.pp litē.in pri.de exc.tu.& ex ꝙ me.cā.c.ij.Vñ ex his apparet,ꝙ lex iſta dēt intelligi qñ cā turpitudinis eſt finita tpe ſolōnis,vt ſi ꝑmiſi pecuniā vt librū redderes, & eā ſolui poſtq̄ reddidiſti,ſec⁹ ſi ī ipſo actu redditionis ſoluerē, vel modicū poſt,vt l. lecta.ſ̄.ſi cer.pet.& l.vt iuriſiurādi. §.j.de ope. li. Itē eſt exēplū hui⁹ l.vt ſi adhibuiſti metū tpe ꝑmiſſionis,& poſtea tibi ſolui in loco & tpe ī q̄ oīs met⁹ & oīs ſuſpicio ceſſabat:ſec⁹ ſi
d adhuc poterat durare vt ſ̄. dixi.Exēplū d de metu vl' turpitudine durante,ſi ꝑmiſi ne maleficiū faceres,licet iſta cā ſit ꝯpleta p tps,qa ſtetiſti p menſem ꝙ nō feciſti maleficiū,tñ adhuc potes facere,iō
7 ſoluēs repetā,vt ſ̄.eo.l.ij.& iō ī qōne de facto ꝓbat,†ꝙ vir pcuſſit optimè vxorē q̄ nolebat ꝯſentire cuidā inſtr̄o,poſtea mulier ꝯſenſit ex īteruallo,certè metu vr̄ feciſſe.Donec.n.durat ī mr̄imonio viri,inſtat,& durat iſte metus.Facit ad hoc qđ no.ȷ̄.quarū re.act.ñ da.l.j §.q̄ onerādæ.& C.de trāſ.l.interpoſitas.& p Can. maximè p Inn.ex̄.de ꝯuer.ꝯiu.c.accedēs.& ī c.veniēs.& de off.dele.cām mr̄imonij.& ibi plenius.¶Vltimò q̄ro,†qñ ꝑmiſſio eſt facta ob turpē
8 cām,vtrū ſit nata aliqua obl'o.Gl.dñt,ꝙ nō in l.iuriſ꜀ētiū. §.ſi ob maleficiū.ſ̄.de pac.l.gñal'r.de ver.obl. Vltramō.ꝯ,vt no.p Cy.C.đ inuti.ſtip.l.ex eo.Pro qb.licet ipſi nō allegēt,vr̄ caſus ī lege iſta,vbi dicit,ꝙ hēt locū exceptio doli,vl' in factū,q̄ p̄ſupponit obl'onem natam.Ego teneo gl.in d.l.gñal'r.de ver.ob.Ad hanc legē r̄nde,ꝙ hic loqtur de exceptione facti vel intētionis,vt no.in l.q ſe debere.ſ̄.tit.j.Vel dic,aut in obl'atione eſt expreſſa turpis cauſa,& loqtur gl.aut nō expreſſa,ſed in veritate eſt facta ob turpē cauſam,& tunc procedit opin. Vltramon.ita intelligatur hic,& l.j.C.eo.

ADDITIONES.

a ¶Idem dico.Vide Alex.conſ.1.j.vol.& conſ.48.vlt.col.vol.iiij.& conſ.vlt.vol.iij.& conſ.5 eo.vol.& conſ.16.eo.vol. & conſ.46 vol.iiij.& conſ.5.vol.j.idem Alex l.pacta nouiſſima.C.de pac.Bar.conſ.pen.in ij.vol.Fel.in c.cum M.Ferra.de conſt.Cæp.conſ.57.Fel.in c cum ex officiis.de præſc.Barb.conſ.42.vol.j.in c.j.quod met.cau.Ale.l.qui aliena.§.Celſus.ȷ̄.de acq.hær. & vide quid dicat propter hoc Alex.conſ.j. vol.iiij Aret.conſ.14. Pau.de Caſt.l.qui à latronibus.in fi.de teſt.Pau.c.j.quod met.cau.Fel.in c.j.& c.gratum, col.fi.de offi.deleg.Pan.in ſimili in c.ex literis.de reſtit.in integ.

b ¶Tyrannus.Adde,quādo præſumatur metus durare,pulchrè Pet.de Anc.conſ.300.inci.viſa prædicta,&c vbi ponit de do.Ottone Bono.tyranno Parmæ,qui compulerat quendam ad promittendum vni id,quod alteri debebat,ponit etiam Io. An.in addi.Spe.in ti.de ſol.§ j.ver.illud quæritur.in q.debitoris Cremonenſis,cuius erat creditor Parmenſis,& commune Cremonæ coactum fuit ſoluere,an eſſet totus debitor,ibi vide.

c ¶Modicum.Idem tenet Bal.in l.interpoſitas.C.de tranſa.pet l.fi. C.de reuo.dona.dicens, quòd iſto caſu dabitur officium iudicis.

d Pom.¶Exemplum.vide Iaſ.in §.quadrupli.j.col.Inſt.de actio.

LEX IX.

Si veſtimenta. Qui pecuniam recipit,vt faciat id,quod gratis facere tenetur, turpiter accipit

h.d.*No.ex iſta,ꝙ hic dr̄,multo fortius hēt locū cū qs hēt malū debitorē,& remittit ſibi partem aliq̄ debiti,vt aliā ſibi ſoluat ꝙ ꝑt repetere ꝙ remiſit p ꝯdictionē ob turpē cām,vel p primā actionē iuxta diſtinctionem q̄ eſt ȷ̄.§.px.Nā iſtud remiſſum hr̄ ꝓ dato,ſed datū repetit,vt hic:igit̄ & remiſſum.Sed ꝯ hoc vr̄ ſ̄.de pac. ſi intra illum diē.Sed ibi nō remittit creditor ſpōte partē debiti,qa al'r nō poterat aliqđ ꝯſeq:hic ſpōte fecit. ꝓ quo facit hęc lr̄a,vbi reqritur ꝙ debitor turpiter acceperit,ꝙ eſt qñ debitor al's ſoluere nolebat.

§.Si ob rem locatam. Vide text.ibi,mādati actionē,&c.& nihilominus ꝯdictionē ob turpē cām,vt in prin.huius legis.Et caue de iſto §.qa nil aliud facit,niſi ꝙ vult notare dr̄iam inter actiones bonæ fidei pro illo qđ eſt datū turpiter,vt exemplificat hic textus:agitur duplici actione ꝯdictione ob cauſam,& etiam ex eo ꝯtū.Sed in actione ſtricti iuris vna tantum,ſcilicet condictio ob turpem cauſam.*

a De condictione indebiti.a Rub.

Cōtinua vt ī gl.ſup rub.¶Quærit gl.p modū ſummæ, & remittit ſe ad no.ad ll.huius tit.& iō dic vt in gl.*Et adde ibi circa prin.gl. rub.& ita in indebito,&c.Inſt.qb.mo.re ꝯ.obli.§.is quoq;& quęre vt in ea.Sed q̄ro circa iſtū titulū,an poſſit agi actione furti ꝓ indebito ſoluto?dic vt ȷ̄.de fur.l.falſus.§.ſed & ſi is qui. Quęre circa iſtum titulū iſtū,qua pœna ſit puniendus ille,cui eſt ſolutū,& iterū facit ſibi ſolui.Dic ꝙ vltra ꝯdictionem indebiti ꝯmittit crimē ſtellionatus.& ideo pœna ſtellionatus eſt puniēdus caſum hēs ȷ̄.mā. l.ſi fideiuſſor.§.in omnib.in fi.iuncta l.j.ij.& iij.de cri.ſtellion.*

ADDITIO.

a. Pom.¶De cond.indebiti Limita iſtum tit.vt non procedat, quando debitor abſque facto creditoris,& eius ſuggeſtione daret.quia iſto caſu transferretur dominium.Bal.in l.falſus.ff de fur.& vide Alex.in l.ſi egi.ſ̄.ſi cert.pet.Clau.

LEX PRIMA.

1 *Solutio indebiti ſcienter facta an ſit vera donatio,ita quod egeat inſinuatione.*
2 *Indebiti quatuor ſunt ſpecies.*
3 *Soluens, quod defalcatur per Falcidiam, dicitur ſoluere naturaliter debitum.*
4 *Trebelliano quod defalcatur,dicit debitum naturaliter,& ſoluens non repetit.*
5 *Defalcatum per legitimam portionem,filio vel patrono,nullo iure eſt debitum,& ſoluens quocunque errore repetit.*
6 *Legatum factum in teſtamento non ſolenni quod dicitur debitum naturaliter.*
7 *Obligatio naturalis naſcitur ex teſtamento non ſolenni, ſicut naſcitur ex ſtipulatione non ſolenni.*
8 *Hæres cum legatariis quaſi contrahit.*
9 *Naturaliter obligari aliquem quid ſit.*
10 *Obligatio naturalis quod etiam ſine conſenſu contrahitur vbicunque æquitas naturalis hoc dictat.*
11 *Naturalis obligatio ex teſtamento condito per pupillum non oritur, nec ex eo quod d fecit præteritione filij quem teſtator ignorabat,& nu.15.*
12 *Verus debitor liberatus p ſn̄iam,an remaneat naturaliter obligatus,nu.15.*
13 *Exceptio rei iudicatæ eſt exceptio iuris & non facti.*
14 *Naturalis obligatio quæ ſecum habuit ciuilem ab initio,quod ciuili ſublata conſeruat actionem,quam cum ciuili produxerat.*
16 *Indebitum ciuiliter ſed naturaliter debitum,ſi per errorem ſoluatur,an poſſit repeti.& nu.17.vbi quod ſic.*
18 *Debitum naturale quod opponi pōt cōpenſando cōtra petētē,nō cōtra repetētē.*
19 *Aequitas in ſpecie,præfertur æquitati in genere.*
20 *Debitor ex chirographo ſeu ex literarum obligatione ante biennium. nu. 21.*
22 *Actio oritur ex ſola ciuili obligatione,*
23 *Pactum de non petendo, quando tollat naturalem obligationem.*
24 *Condemnatoria ex ſententia non oritur niſi obligatio ciuilis.*
25 *Indebitum naturaliter,ſed ciuiliter debitū ſi ſoluat̄ per errorē,an poſſit repeti.*
26 *Indebitum vtroque iure ſolutum quibus caſibus non repetatur.*
27 *Debitum vtroque iure, ſed indebitum ope exceptionis ſi ſoluatur,quando repetatur.& num.29.*
a ¶ Cum conſilio ſapientis Si ſententia fertur ſine cõſilio ſapiẽtis. an valeat? Ex quo dixit ſingulariter Io. An. in c. nõ ẽ, de cõſue. in 6. in nouel. ꝙ ſi iudex cõmittit cãm, alicui cũ hoc ꝙ non ferat ſententiam ſine cõſilio talis ſapientis viri, ꝙ ſi lata eſt ſine cõſilio, eſt nulla ipſo iure, ſine app. & in hac materia, de conſilio, & an iudex committens cãm poſſit committere eam cum hoc, ꝙ non ferat ſententiam ſine ſuo cõſilio, an valeat, & ſi. Vide Inn. in c. ſi pro debilitate, de off. dele. Sed circa hoc dicit hic Bar. conſidera pp id. ꝙ dixit Bar. in l. j. & ibi dixi. C. de rela. Et ad prædicta vide Bart. in l. itẽ ſi vnus. §. idem Pomponius, ſ. de arb. & j. l. prox. Et in materia conſilij ſapientis, vide vnum verbum Bal. c. j. de contr. inueſt. & Bal. in l. 2. C. de leg. & Bal. in repe. l. tale pactum §. qui prouocauit. ſ. de pac. & Ang. in l. ad principem, j. de app. & Bar. in l. ille, aut ille, §. cũ in verbis, de le. 3. & de cõſilij auth. vide Bald. & Ange. in l. j. C. de tut. & cur. illuſtrium perſo. & no. ſin. Bar. in l. in bonorum, de bon. poſ. vbi videtur poſſe dici de iſtis vicarijs caſtrorum, ꝙ non tenentur eſſe periti, vt ſi ſequantur conſilium malum, non teneatur in ſyndicatu. Item iſtis adde Bal. in l. j. C. ne lic. ter. prouo. & ponit Bar. de quæſtio. hac. Item ponit an ſi in ſententia non apparet de conſilio, an præſumatur, & adde hic Bal. in l. ſi quis mihi bona, §. ſi coram, de acqui. hær. & in materia, adde ꝙ dixit Inn. in c. ſi pro debilitate, de offi. dele. Quid ſi contra ſubſtantiã cõpromiſſi eſt, ꝙ arbiter debet ferre laudũ ſcđm conſiliũ ſapientis. & quid ſi cum reqſitione conſilij, de quo per Bald. in l. illa inſtitutio, de hær. inſti. Quid autem in arbitratore, vide per Bal. in l. fi. in 12. q. C. de contrah. emp. & vide j. prox. per Bar. in l. item ſi vnus, §. 3. ſ. de arb. & vide in hac materia Bal. in rub. C. e. & Io. And. in regula, nullus ex conſ. de regu. iu. in mercu. & qđ legitur, & no in c. ad noſtram, de conſue. de quæſtio. Bart. vnum adde, qđ ſing. dicit Inn. in c. nec epiſcopi, de temp. ordi. ꝙ ſi eligantur plures ad conſulendum in cã, & ſint diſcordes, ꝙ iudex poteſt ſequi maiorem partem. & Barto. hic tenet, ꝙ iudex non tenetur ſequi. & iſtud dictum Inn. facit ad no. per Bar. ſ. e. §. & per Lud. in rub. de arbit. vbi de hoc & ſi. in hac materia. & ad dictum Inn. in d. c. nec epiſcopi, vide per Mod. ff. de app. l. ad principem. ¶ Et vidi de facto annullari quandam ſententiam latam non expectato conſilio ſapientis, poſtq̃ fuerat miſſus proceſſus, & maximè, quia ſtatutũ erat in ciuitate illa, ꝙ non valeret ſententia, niſi ferretur ſecundum conſilium ſapientis. Nã dicebatur, ſententiam ipſo iure nullam eſſe, non expectato conſilio ſapientis, etiam ſi expreſſe ſtatutum non annullaret, ex quo ẽt de iure cõi eſt prouiſum, ꝙ dẽt expectari cõſilium, poſtq̃ proceſſus miſſus fuit. p no. p Bar. Ad hoc facit tex. in c. cũ in veteri, de elect. & in c. cum olim. & ibi expreſsè no. Ant. & Imo. de arbi. in l. Titium, & Mæui. in prin. ff. de adm. tut. & Io. And. in c. nec epiſcopi, de temp. ord. poſt Inn. & Hoſt. ibi, & Bal. in l. ex illo. C. de app. & in l. j. ad fi. C. de manu. vin. & in l. j. C. ne lic. ter. prouo. & clare firmat Io. And. in addi. ad Spe. in tit. de requiſ. conſi. §. j. ſuper verbo, vt aũt, referens ita tenuiſſe glo. & Old. & qđ no. Io. And in c. non eſt, de cõſue. in 6. in Nouel. & in c. ſi pro debilitate, de of. del. Et in dubio ẽt non p̃ſumit̃, ꝙ interuenerit dicta ſolennitas cõſilij à ſtatuto requiſita, vt eleganter pbat Bal. in d. l. j. C. ne lic. ter. prouoc. reprehẽdẽs Goffr. q cõtrariũ tenet. Et cũ Bal. trãſit ẽt Pe. de Anch. in repe. c. canonum. de conſti. in ver. ſimilẽ qõnẽ ponit Io. Andr. &c. & licet Specu. in tit. de requiſi. conſi. §. j. in ver. ſi vero non eſt. videatur velle, ꝙ tale ſtatutum, vel cõſuetudo arctãs iudicẽ ad requirẽdũ, & ſequẽdũ cõſiliũ ſapiẽtis nõ teneat, p c. ad noſtrã. de conſue. tñ cõiter tenet̃ contrariũ, vt no. Io. And. in d. §. j in addi. q̃ ponit ſup verbo, vt aũt. & eſt de mẽte Bar. & doc. in l. ſi cõuenerit. de re iud & Inn. clare in d. c. ſi p debilitate. & Bal. in locis ſ. proxime allegatis. Nã ſicut valet cõuẽtio partiũ ꝙ iudex teneat̃ iudicare ſecũdũ conſciẽtiã talis. d. l. ſi cõuenerit. cũ ibi not. ita oportet valere ſtatutũ, qa ꝙ fieri põt p pactũ, põt per ſtatutũ tãto fortius, vt no. gl. in l. neque ex prætorio. & in l. neque pignus. §. priuatorum. ff. de reg. iur. & in rub. C. de decre. decur. & in l. 2. quæ ſit longa conſuetudo. & ibi Bald. Adde quot modis conſiliũ requiratur, & an iudex teneatur cãm committere conſulendam, & illud conſilium ſequi, ſplendide Pau. de Caſt. conſ. 87. incip. pro declaratione. & aliquid conſ. 252. per Ang. cõſ. 136. Et qualiter intelligatur ſtatutũ, qđ cã cõmittatur intra certũ tẽpus, per eũdẽ cõſ. 160. & ibi ẽt an iudex conſiliũ ſequi teneatur, & per eundẽ conſ. 186. & cõſ. 171. vbi dicit, ꝙ imperito non eſt turpe ſequi conſilium periti, p Bal. cõſ. 370 j. lib. Et quid ſi conſilium ſapiẽtis ſit præſentatum extra tẽpus, & iudex confirmauit, an valeat, per eundem conſ. 154. & 157. 3. libr. Et qđ conſilio imperiti non ſit ſtandũ p eundẽ conſ. 197. Et quid ſi conſultor ſuper plurib. articulis aliquos ſibi reſeruauit, an valeat conſilium, per eundem conſi. 436 3. libr. Et an coram conſultore poſſint produci inſtrumenta, per eundem conſ. 76. 1. lib. Et per Ro. conſil. 228. an ſequi conſilium iudex teneatur. Et an per petitionem conſilij ita ſuſpendatur ſententia, ſicut per appellationem. per eundem conſ. 235.

b Poma ¶ Leuis ſolennitas. Adde quæ dicatur leuis ſolennitas, per Ale. conſi. 98. in 4. volu. Vide Ale. conſ. 59. vol. 4. & ibi ponit an valeat ſtatutum, ꝙ iudex teneatur ſequi talem ſententiam. Claudius.

c ¶ Conſi. Vide in materia Barb. conſi. 11. vol. 1.

d ¶ An valeat. Compromiſſum quod ſententia feratur ſecundum conſilium ſapientis, vide Lud. in repe. rub. ff. de arb. in ver. vlterius quæritur, ſi compromiſſum ſit per Doct. in c. cũ olim, de arb. per Doct. in l. illa inſtitutio, j. de hæ. inſt. poſt gl. Quid aũt in arbitratore, vide per Bal. in l. fi. in 12. q. C. de contrah emp. & vide Bar. in l. ſi vnus, §. 3. ſ. de arb. & vide ibi hanc materiam. & Bal. in rub. C. e. & Io. And. in regula, nullus ex conſilio. & quod legitur & no. in c. ad noſtram. de conſue.

e ¶ Præmiſſa. Vide Lanfran. in tract. de arb. in verbo, multis. Raph. Cu. conſi. 55.

f ¶ Quod glo. Vide Bal. in l. j. C. de arb.

g ¶ Videbitur. No. de verbo, videbitur, & placebit, vide Bar. in l. ſi cui. de leg. j.

h ¶ Si dicatur. Quid autem iuris ſit, quando aliquis habet facere aliquid de licẽtia, & permiſſione alterius, vide Barb. conſ. 11. vol. j. & pro declaratione vide Ale. conſi. 185.

i ¶ Diſſentire. Vide Fel in c quoniam contra de proba.

§. Exercitorem. Supra dixit quis dicatur magiſter, hic declaratur qs dicat̃ exercitor. h. d. Exercitor dicitur is, ad quem omnes redditus veniunt, nec perſonæ cõditio inſpicitur, niſi ſit minor: quia tunc tutoris, vel curatoris authoritas inſpicitur. h. d.

§. Eſt autẽ. Contrahentes pñt eligere exercitorem, ſiue magiſtrum, ſed exercitor non põt eligere ꝯhentes, niſi in ſubſidium. h. d. ¶ No. ꝙ magiſter, ſiue exercitor, põt ꝯueniri ex contractu ſuo, quod qualiter intelligitur, videbitis in l. fi. j. tit. 2.

1 *Contractus factus per ſeruum voluntate domini, quando obliget dominum.*

2 *Patris voluntas circa contractum filij non ſemper obligat patrem.*

§. Si is qui nauem. Cõtinua primo ad p̃cedẽtia. ſ. dixit ꝙ tenetur exercitor, ſiue inſtitor, ſiue ſit ſui iuris, ſiue filius, vel ſeruus, ſed vtrum ex perſona inſtitoris, qui ẽ in ptãte alterius, teneat̃ pr̃, vel dñs, ponit̃ in hoc §. diuide. Primò ponit verba edicti. Secundò proſequitur edicti expoſitionẽ, rñdẽdo cuidã tacitæ obiectioni. Tertiò ponit̃ q̃dã alia qõ ex præmiſ-

fis descēdēs. Secūda ibi, licet. Tertia ibi, sed si sciente. & h.d. Qui exercitorē hēt in ptāte, si fuerit volens in merce dñica. & nauali, obligat insolidū. sed in peculiari, tributoria obligat. Idem in nauali, si sola sciētia supuenerit. h.d. Ibi iudiciū dat. Hæc sunt verba
1 edicti. qd postea seq̄t, ē expositio edicti. ¶† Op. φ ī quolibet ɔ̄ctu si ɔ̄hit dñi volūtate, dñs teneat insolidū ex titulo φ iussu. j. qđ iussu. l.j. §. sed & si mādauerit. & § si ratū. Sol. dt gl. verū est qñ vult agere φ iussu: sed hic loq̄t qñ vult agere tributoria. Tu dic fm Marti. φ in actione φ iussu, reqrit, φ dñs sciat spēm ɔ̄ctus: sed in hac sufficit, φ sciat eum negotiari, licet spém ɔ̄ctus ignoret. & iō dic, Aut filius vel seruus negotiatur dño inuito, vel ignorante: & tūc dñs tenet solum de peculio, p titulū j. de pecu. p totū. Aut ɔ̄hit dño sciēte tm̄, & sic tenet tributoria, siue in merce nauali, siue in alia, vt hic, in vers. sed si sciēte. & j. de tributo. p totū. Aut ɔ̄hit dño volēte: & tūc aut vult certā spēm ɔ̄ctus, & tenet insolidū, p titulū, φ iussu. Aut vult eū negotiari gñal'r, & tūc in merce nauali tenet insolidū, vt hic: in merce nō nauali tenet tributoria, vt hoc §. ver.
2 at institorū. & j. de tribu. p totū. vide gl. φ volūtas † pr̄is circa ɔtractū filii nō sp obligat patrē insolidū. Pro hoc hētis tex. no. in l. Lucius Titius Caiū Seiū. j. de admini. tut. & qd īportat hoc, f. ɔ̄ctum fieri mea volūtate, examinaui plenissimē j. sol. mat. l. post dotē.

§. In potestate. Habuistis s. expositū verbū, ex volūtate. hic exponit verbū, ex ptāte, hoc dt. Verbū ex ptāte, accipitur pro ptāte patria, dominica, & etiam pro ea, quam habet qui iuri alterius est subiectus. h.d.

§. Quanquam. Hic exponit verbum magistro, positum in edicto.

☞ **§. Hæc actio.** Exercitor, & magister tenet in solidum: sed vnius sol'o aliū liberat. * Vide tex. ibi, minuitur obl'o, &c. gl. in ver. & suo noīe. j. mand. l. Papinianus. inducit hunc tex. ad hoc, φ si fideiussor soluit noīe eius, cuius noīe obligatus est, φ debitor liberet ipso iure: sed hoc non dt iste tex. qa si exercitor soluat, φ liberet magister ipso iure. Sed tu intellige istū tex. φ vbi exercitor soluit suo noīe, tollit dbl'o magistri per exceptionē doli. Sed vbi nomine magistri soluit exercitor, tollitur obligatio ipso iure, vt d. l. Papinianus. & j. de adm. tuto. l. si minoris & de solu. l. Modestinus. vbi de hoc. ¶ Itē aduerte in hac materia Sic est de iure, φ primò debet conueniri principalis: dūmō sit pñs & soluēdo, qd si ueniat fideiussor, debitore pñte, nūqd erit intelligēdū in hac mā, φ primò dēat ɔueniri magister, q̄ exercitor? dico, φ nō: qa licet fideiussor simplex dēat ɔueniri, vltimò, tñ fideiussor in rem suā priō dēt ɔueniri, qa hr̄ pro reo principali. s. de pac. l. sed si fideiussor. Et innuit hoc not. C. de institor. l. ex ɔ̄ctib. in gl.
☞ in ver. dubium non est. & gl. fi. in l. & si à muliere. C. eo. tit. *

a **§. Si plures.** a Si plures nauē exerceāt p tertiū liberū, vl' suū vel p vnū ex ipsis qlibet tenet insolidū, secus si simul exercent. h.d. Et est valde notabilis, & tota die occurrit, hic ponit casus in naue. ¶ Op. s. nau. cau. sta. l. fi. §. si plures. Sol. licet gl. multa dicat, dic ibi de actione, quę venit ex delicto: hic de ea, quę venit ex contractu, & ibi notatur. In tex. ibi, agi pt, iuxta quē quæro, nunqd si sunt pñtes, & soluēdo, hēbunt diuisionis beneficium ep'ae diui Hadriani? dico, φ nō, qa nō sunt fideiussores. C. de cōsti. pec. l. fi. hēbūt ergo bñficiū de duob. reis, in auth. de duob. reis. circa prin. Possemus dicere, φ pp vtilitatē publicam, quæ versatur hic, φ est si sint ambo soluendo, & præsentes non diuidat. s. ea.
☞ lege, circa prin. & §. si is, qui. secundum Iaco. de Are. *

ADDITIO.

a ¶ Si plures. De isto textu, & materia, vide plene per Bar. in l. eandem. de duob. reis. & ad istum tex. vide l. iam tamen. §. si plures, iudi. sol.
¶ Pom. Vide Cremonen. sing. 163.

LEX IIII.

1 *Plures exercētes vnā mercantiā simul, siue p se, siue per aliū, qualiter teneāt.*

a ☞ **Si tamen.** a * Br̄ hoc intendit. Si plures nauē exerceant per tertiū, vel p vnū ex ipsis; qlibet tenet in solidū: secus si simul exerceāt. h.d. Hic tex. loq̄t in naue, tamen sæpe, & sæpius hēt locū in aliis mercantiis, iō pono casū cōiter. ¶ Op. s. nau. cau. sta. l. fin. §. si plures. Sol. licet gl. multa dicat, dic, φ ibi loq̄t de
☞ actiōe, quæ venit in delicto, hic de ea q̄ venit ex ɔ̄ctu. * ¶ Op. ad principiū huius legis, & vr̄, φ inuicē sint sibi magistri. l. eius q in prouincia. s. si cer. pe. Gl. nō soluit, dt Iac. de Are. & est no. dcm. ibi quilibet gerebat separatim ad cōem vtilitatē, iō qlibet tenet insolidū, p tōnē, ne in plures. &c. facit C. de fabricē. l. iuf puisum. li. xj.
b hic verò oēs gerebāt simul. Et iō reassumebr̄, † qñ plures faciūt
† vnā mercantiam, Aut eam exercent p tertium, & eius facto tenet qlibet insolidū. Aut eā exercent p seipsos, & tūc aut eā ɔmittunt vni, & tunc idē, qa ex eius facto, qlibet tenet in solidum. Aut oēs gerunt eandē mercantiā, & tunc aut oēs simul: & tunc qlibet tenet, p parte. Isti oēs tres casus sunt hic in tex. Aut qlibet gerit separatim, qa vnus in vna terra, alius in alia. vel vnus mercantiam lanæ, alter pānorū, vel aliter inter ipsos diuiserunt: & tunc vident sibi inuicem esse præpositi, arg. d. l. eius qui in prouincia. tn̄ si &

quod s. prox. dixi, secundum Iac. de Are.

ADDITIONES.

a ¶ Si tamen. Vide in l. eādem. j. de duobus reis. & Bal. in Rub. C. eo. ad fi.
b Pom. ¶ Reassume. Vide Ale. cons. 139. alias 124 col. j. vol. v. & cons. 147. vol. 2.

§. Si seruus. Etiam mortuo magistro, datur actio in dominum. h.d.

§. Hæ actiones. Vide glo. ibi, hæ actiones No. φ licet appellētur actiones tñ sunt adiectiones, vt gl. dicit j. tit. 2. l. cuicunque. §. non tamen. de pecu. l. 3. § cui congruit. & de in rem. ver. l. filiusfam. in fi.

LEX V.

Si eum. Tenetur exercitor, licet inter magistrum & ɔ̄hentē secum non cadat obl'o. Et dominus magistri serui tenet actionem sibi quæsitam exercitori cedere. h.d.

§. Item si. Tenetur magister ɔ̄henti secum, licet inter exercitorem, & eum non cadat obligatio. h.d.

LEX VI.

a **Lucius.** a Mutuans b magr̄o, hēt exercitoriā quatuor ɔcurren-
b tib. s. cā veritatis ppōnis, & cāæ scia, & credulitate. cō-
☞ grua q̄titate, & loci ɔgruitate, idē ī istitorib. h.d. vsq; ad fi. ti. * Vel sic. Creditori mutuanti magr̄o nauis, dat in exercitorē actio, si in rē necessariā mutuauerit: & hoc expressè acto, & iuxta indigentiā rei, & si in loco habili mutuet. & idē in institoria. h.d. vsq; ad fi.
☞ l. Ia. Bu. * ¶ No. mirabilē. l. ad q̄ opp. c & vr̄ φ dēat pbari directo
c pecuniam esse ɔuersam in dñi vtilitatem. C. si aduer. cre. l. 2. & s. si cert. pe. l. ciuitas. Sol. illa iura loquūt in psonis priuilegiatis. ¶ Op. de in rē ver. l. φ si seruus. §. sed si sic. Sol. ibi ɔ̄hebat cū eo, q nullo
d mō hēbat mādatū. ¶ Op. & vr̄ φ sufficiat sola assertio d magr̄i, ēt si istæ psumptiones nō pbarētur. s. e. l. j. §. nō aūt. ver. sed & si in ptiis gl. dt. φ ibi non potuit adhibere diligentiam: hic sic. Tu dic, φ ibi erat ppositus expssè ad pecuniā accipiendā mutuo, hic nō, fm A-
☞ zo. & Gul. de Cu. * qđ multū no. ¶ In gl. sup ver. nō dēre. ibi. l. ciuitas. dic, Aut aliqs vult ex ɔ̄ctu vnius aliū obligare: & tunc si ex eo cōtractu, ad quē erat destinatus, nō tenet probare in vtilitatē fuisse versum, vt hic. Fallit in eccl'ia. vt in auth. hoc ius porrecto. C. de sacros. eccl. & in ciuitate, vt j. si cer pe. l. ciuitas. Si aūt ex ɔ̄ctu, ad quē nō erat special'r destinatus, tunc tenet pbare in vtilitatē fuisse versum, vt arg. j. de in rē vers. l. qđ si seruus. §. sed si sic, Si aūt ex proprio contractu illius, tunc non tenetur probare, vt j. p empt. l. si qs cū sciret. Fallit in minore, vt C. si aduer. cred. l. 2. Et hoc vlti-
☞ mum not. C. de præd. min. l. prædiorū. *

ADDITIONES.

a ¶ Lucius. No. hic quomodo probetur esse conuersum in vtilitatem alicuius: adde Bal. in l. j. C. si aduer. credi. Adde Peral. An. h. consi. xlt.
¶ Pom. Circa materiam huius legis vide Ale. consi. 45. volu. 3.
b ¶ Mutuans. Vide Bal. in l. j. C. eo.
c ¶ Oppo. De quo vide Instit. de actio. §. actiones. & vide not. per Bar. in l. si cum dotem. § j. so. solu. matri.
d ¶ Sola assertio. Vide Bar. s. l. j. § non autem, vbi plene expe. lit hoc contrarium. Bar. in l. à diuo Pio. §. sed sciendum. ff. de re iud.

Ad legem Rhodiam de iactu. Rubrica.

Glo. continuat, dic vt in ea.

LEX II.

1 *Domus destructa à vicinis, ne ignis vltra transeat, debet à vicinis emendari.*

SI laborante. Dñi iactarū merciū hn̄t actionē cū magr̄o, & magister cū cæteris nō solū hēt actionē, sed ēt retentionē merciū, vt fiat
☞ ɔtributio. h.d. * Sed agit ipse institor, nisi ī duob. casib. f. cessa actione dño p suū institorē. Itē in subsidium, si institor nō sit soluendo, vel si al'r rē suā seruare nō pt, quo casu tunc agit dñs
☞ ɔ̄ illū, cū quo casu ɔtraxit institor, ēt nō cessa actione. * Iste ver.
1 æqssimū. n. &c. facit ad qōnē. † φ qñ domus alicuius destruit à vi-
a cinis, ne ignis vlterius transeat, φ debeat ei emendari a à vicinis, qa pro cōmuni vtilitate factum est. In arg. induco, non determino.

ADDITIO.

a ¶ Debeat ei emendari. Adde Bar. in l. alius. § est aūt. s. quod vi aut clam. Et istud tenuit Gul. & consuluit Ang. & p hunc tex. dicit ēt Gul. hic φ si miles vadit ad bellū pro defensione patriæ, & ei equus suus sit interfectus, φ ciuitas tenetur emendare damnum. Et hoc verum, si fiebat illud gratis, alias secus. Vide φ dixi post Bar. in l. legatis. de leg. 3. & vide tex. ad hoc no. in l. mulier. j. de captiuis. quem no allegat Gul. & ibi Bar. in l. j. in fi. prin. de iusti. & iu. Quid si miles, qui feudū liberum, & francū tenebat à barone requisitus fecit ab eo, vt iret cum eo ad exercitum, quæritur an teneatur. & an viuis sumptibus, & an baro possit ab eo exigere subsidium pecuniæ? vide Bal. referentem Oldr. in c. j. de capitaneo, qui curiā vendidit, in si prin. Et si vocatus ad bellum perdidit arma, an recuperet, & à quo. vide Inno. in c. sicut et à de iureiurā. & qđ not. Bal. in l. quoniam. C. ad legem Iuliam de vi. bene facit l. si. & quod ibi dixi in apostil. C. de statu. & imagi. Et si laborator meus rumpit ferrum in laborerio, non teneor secundum gl. & Bal. p istum tex. in l. quoniam. C. de testib. & est tex. hic in §. si conseruatis. & no. Imo. in l. stipulationes commodissimum. de ver. ob. Et ita ēt videtur determināre Florianus in l. si locus. §. cū via ff. quēad. ser. ami. & ad hoc no. gl. multū no. in l. si finita. & §. si qs dāni. de dāno infe. in ver. fouetur. & vide quod legitur, & no. in l. ne quid. in princ. de incen. rui. nau. Adde quod hæc apostilla est de verbo ad verbum in l. si non fortem. §. libertus. s. de condi. indeb.

§. Si

§. Si conseruatis. Si nauis deterioratur, nõ fit contributio, nisi acciderit voluntate mercatorum, vel alio iusto metu. h. d.

1 *Gabella non debet solui de annulis, quos quis portat in digito, nec de vestimẽtis pretiosis, quæ secum defert.*
2 *Gabella non soluitur de his, quæ quis vsus sui causa portat.*
3 *Necessitatis tempore omnia sunt communia.*

§. Cũ in eadem. Dñs nauis, & dñi oĩum rerũ in ea existentiũ, excepto libero corpore, & cibariis pro portione æstimationis contribuunt, ad quod magister
1 ex locato tenebitur. h. d. ¶ Iste tex. est arg. † ꝙ annulorũ, quos qs portat in digito, & vestimentorũ ꝑtiosiorũ, transiens debeat sol-
2 uere gabellam Contrarium tñ est verũ in his, † q̃ vsus sui cã por-
3 tat. l. in lege cẽsoria. ꝟ. de ver. sig. Vlt. no. ꝙ tpe necessitatis oĩa sunt cõia. Vnde si tu haberes de pane, & ego non, in necessitate licitũ est mihi auferre à te: & hoc de iure diuino, & humano. Vide gl. super verb. conferret. ꝟ. ea. l. §. cum in eadem.

§. Si nauis. Pretium redemptionis est ab omnibus conferendum: secus in pretio rerum perditarum. d. d.

LEX IIII.

Nauis. Si perit scapha cum mercibus causa leuandæ nauis extractis, habet locum contributio, secus si nauis pereat, & scapha salua remaneat. h. d.

§. Sed si nauis. Iactantibus fit ɔtributio ex mercib. recuperatis ex naue postea perempta, sed recuperantes ex iactu in naue, non contribuunt. h. d.

§. Cum aũt. Pro reb⁹ deterioratis pñte ꝑtio, fit collatio iactantib. ipsis vero deterioratis rõne loci, non ɔfertur, sed si rõne asperginis ipsis ɔfert, & ɔferunt damno deducto, siue plus, siue minus sit in damno, quam in collatione. h. d.

LEX VI.

Nauis aduersa. Non fit collatio pro impensis, q̃ ad instruendam nauem factæ sunt. h. d.

LEX VIII.

Qui leuandæ. Iactata in dubio non videtur haberi pro derelicto, nisi ex modo iactus aliud præsumatur. h. d. cum gl.

LEX IX.

a Deprecatio. ᵃValet consuetudo, cui lex non aduersatur. h. d.

ADDITIO.

a ¶ Deprecatio. Istum tex. alle. Bar. in l. j. in fi. ꝟ. de iurisd. om. iud. & hic hẽs ꝙ imperator est dñs totius mũdi, ꝙ qualiter intelligatur, vide p eundem in l. j. §. per hanc, ꝟ. de rei vend. & ꝟ. in proœ. in prin. & Bal. & Ang. in l. bene à Zenone, de qua. præscr.
Pom. ¶ Circa regulam huius legis, ꝙ Imperator est dominus, vide Pet. de Anch. consi. 311. incip. tres magnifici domini. vers. igitur iste. Christi igitur nomine, & Rom. consi. 81. in vlt. col. Bolog. in sua Theodosiana.

LEX X.

a Si vehenda. ᵃAd pensionẽ ɔsequendam sufficit impositũ esse naui, nisi aliud sit actum. h. d.

ADDITIO.

a Poma. ¶ Si vehenda. Vide Roma. sing. 473.

§. Si ea. Casus superueniens excusat à pœna præcedentis culpæ, vbi actio nata non poterit intentari. h. d. Ita intelligit Dyn. ꝟ. de impen. l. & in totum. de quo per Cyn. C. manda. l. ad comparandas.

a §. Idem iuris. ᵃDifficultas superueniens excusat a pœna. h. d. de hoc dixi ꝟ. si cer. pet. l. quod te. plenissime in l. continuus. §. illud. de verb. oblig.

ADDITIO.

Pom. ¶ Idem iuris. Vide quid per istum tex. consuluerit Federicus. consi. 121.

§. Si conduxisti. Si mensura refertur ad lignum sufficit ligni capacitas: si refertur ad onus, inspicitur mensura ponderis. h. d.

De institoria actione. Rubrica.

LEX PRIMA.

1 *Cedere actionem qui tenetur mihi quando non repetitur, ex vere mihi cedit.*

a Æquum. ᵃDñs ex actu, seu ɔtu institoris obligat. ire, agit si eius seruus est institor, nõ al's,
1 nisi cessa actione, vel in subsidium. h. d. ¶ † No. ꝙ vbi non reperiretur ille, qui mihi tenetur cedere actionẽ,
b quia forte longè est absens, ᵇ vel latitat, vel est mortuus sine he-
c rede, lex dat mihi actionem vtilem sine cessione, ᶜ vt hic, & C. de act. & oblig. l. j. & C. ad Trebel. l. sancimus. no. ꝟ. de dam. infect. l. damni infecti stipulatio. §. fi.

ADDITIONES.

a ¶ Æquum. Limita notata per Bal. in l. cum per eos. §. si quis alteri, vel sibi.
b ¶ Absens. Adde Bar. in l. ominus. de condictione indeb. & Bar. l. diuortio. sol. mat. Et quod notatur in l. damni. §. ii. de dam. infe.
c Pom. Sine cessione. Vide Roma. consi. 344.

LEX III.

a Institor. ᵃInstitor est ille, q alicui negotiationi q̃stuariæ ꝑponit ẽt certo loco nõ designato, & oblʼat dñm cuiuscũq; conditionis sit negotiatio q̃stuaria. Secus si certæ rei vel negotiationi non quæstuariæ, præponatur: tunc enim magis procu-
b rator vocabitur. ᵇ h. d. vsque ad §. non autem.

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Institor. Ad hoc vide Gl. in l. Iulianus. §. si procurator. ꝟ. de actio emp. & vendi. Vide Pau. consi. 74. vol. 2.
b ¶ Procurator vocabitur. Et adde quod dicit Bal. in l. j. C. de exercit. quod ea, quæ statuta sunt in exercitoria: habent locũ in institoria, & hic adde Bar. in l. si institorẽ. si cer. pet. & plenius per Imo. post alios in c. pen. de fideiuss.

LEX V.

1 *Negotiatio quæstuaria non dicitur in agris propriis.*
2 *Institorem præponere videtur, qui patitur aliquem facere.*
3 *Literæ credentiæ an præiudicent domino remissiuè.*

Cuicũque. Sũmaui ꝟ. cũ l. institor. In tex. ibi, agris colledis. itellʼe d alienis cã q̃stus faciendi. In suis. n. non
1 dr̃ negotiatio q̃stuaria, fm Inno. vt ipse no. in c. fi. eẋ, de fideius. ita intellige ꝑcedẽtia exẽpla, & sequẽtia. & ꝓbat ꝟ. e. l. si cũ villico. fa-
a cit qd no. ꝟ. eo. l. in eũ. ¶ No. ibi, si pmisit ei ita dari, ᵃ &c. ꝙ sufficit,
2 ꝙ passus sit illũ ita facere: vr̃. n. ipm ꝑponere suũ institorẽ. Simile videbitis ꝟ. e. l. sed & si pupillus. §. j. & ꝟ. ꝙ cũ eo. l. fi. In tex. ibi, quasi ꝓcurator, dic ad imperãdũ, & corrigẽdũ discipulos. In tex. ibi, sin vero quasi. sic. n. ɔmisit totã cãm, vt ꝟ. §. sed & si. Ego allego hunc
3 vers. plane ad mãm † literarũ credentiæ q̃ hodie sunt in vsu, q̃ dñt tali latori pñtiũ dabitis plenã fidẽ in his, q̃ vobis dixerit, ꝙ ex hoc ꝑiudicetur dño, de quo scripsi latissimẽ ꝟ. de fideius. l. Lucius.

ADDITIO.

a ¶ Ita dari. Q̃ñ qs videatur ꝑpositus institor, Adde Bal. in no. in rub. C. de const. pec. vbi quærit an discipulus ex cõtractu obliget magistrum suũ, & ꝙ no. Bal. in auth. hoc ius porrectũ. de sacrosan. eccl. & Bar. in l. eandẽ. de duob. reis. & ꝙ hẽt in l. ei q. C. qđ cũ eo. & in l. si pupilli. §. j. de neg. ge. Et adde quod si dico facio te institorẽ tacitẽ, videris præpositus omnib. cuilib. negotii s. quib. ego vti solebã secũdum Bal. in l. mãdatum. in 4. oppositione. C mãdati. & ibi ẽt dicit ꝙ constitutus ad vnum actum, nõ est propriè institor. Adde quis dicatur institor, & qualiter conueniatur, Abb. cõs. 74. lib. 2. & Age. cõsi. 285. Ale consi. 44. lib. j. Vide Ale. consi. 49. 2. vol. & per totum.

1 *Procurator datus ad vendendũ, an possit vẽdere habita fide de ꝑtio, remissiuè.*

§. Non tamen. Dñs tenet ex ɔtu istitoris circa id ad qđ ꝑpositus ẽ expsse, vel tacitẽ, nisi for
1 tẽ ꝑpositioni repugnet. h. d. In tex. ibi, si ei, no. argũ, † ꝙ ꝓcurator datus ad vẽdẽdũ, pt vẽdere bona, habita fide de ꝑtio. De quo per Cy. C. de rei vend. l. inciuile. & p Gul. hic. Ego plene examinabo ꝟ. de re iudi. l. à diuo Pio. §. si post addictum. in fi. §.

1 *Mandatum vniuersale non finitur morte.*

§. Si ab alio. Si institor ꝑponat à defuncto, oblʼat hr̃s: si à ltimo administratore, oblʼat ille, cuius negotia gerũt: si à ꝓcuratore, oblʼat dñs, & ꝑponẽs idẽ ĩ gestore ratiha-
1 bitione secuta. h. d. ¶ † Et sic no. ꝙ morte nõ finit mandatũ vniuersale, vide gl. ĩ l. sed & in ipm. q̃ inci. maximẽ. Iac. de Are. dt. ꝙ si hẽt spãle mãdatũ, solus dominus tenet, arg. ꝟ. quod quisque iur. l. 3. §. j. si generale, tunc tenetur vterque. Ita dicit ipse.

LEX VI.

Sed & si quis.

§. Parui. De conditione personæ institoris nõ curatur. nec etiam proponentis, sed si est minor administratoris authoritas requireretur. h. d.

LEX XI.

Sed & si pupillus.

a §. De quo palam. ᵃQui ꝑponit aliquẽ certo loco, vr̃ ꝑmittere cũ eo ɔhi: nisi ɔriũ literis
b publicè, ᵇ & ltimẽ ꝓscribat, ɔ q̃ scripturã non cadit ignorãtia, donec durat: secus si fuerit extincta, nisi dolus ɔhentis affuerit. h. d.
c vsq; ad §. ɔdõ. Signa tex. ibi. cæterũ q ꝑposuit, &c. ¶ No. ad q. ᶜ qualiter dẽat fieri reuocatio procuratoris genealis. de qua p Cy. C. mand. l. mãdatũ. *Et nota, ꝙ iste §. allegat ad vnũ effectũ, ꝙ si baculᵘ regius fuerit appositus in aliqua possessione, vt ibi nil noui fiat & bacul⁹ ẽ in loco remoto, vel in loco vbi apte videri nõ pt, & ibi aliqd noui fcm ẽ: opponit, ꝙ salua guardia ẽ fracta, q̃rit nunqd ille fregerit? Et dr̃, ꝙ nõ. arg. istius §. cũ nõ in loco manifesto: sed occulto positus fuerit. vide vers. ꝓscriptũ. ibi, institoria locũ hẽbit, &c. hoc intellʼe, q̃diu ille ꝓhibitus in statione morat. Nã tacitẽ vr̃ de nouo præponi, vel pmissio renouata, argu. ꝟ. ꝙ cũ eo. l. fi. & loca. l.

ADDITIONES.

a ¶ De quo palam. Vide Bar. in l. j. C. de satisdando.
b ¶ Literis publice. Ecce ꝙ operatur aliquid fieri im publicum, & publicatio facit, q a facit rem esse notoriam, & facit presumi re deuenisse ad notitiam, q a quæ publice fiunt, præsumuntur sciri, vt hic, & in c. j. de postula. præla. & in c. j. §. ꝙ nec sufficit, iuncta glo. in ver. publicè. C. de postula. præla. & c. cum in tua. diœcesi, qui ma. accus. pos. & c. ꝙ dicitis. xvj. distinct. gl. in l. si totus. C. de peric. tu. glo. in cap. cognoscentes. de constit. & ff. de orig. iur. l. 2 in ver. pro rostris.
c Pom. No. ad q. Vide quid dicat Fely. in c. 2. vlt. col. de consti. Aret. consi. 92.

ca.l.cũ in plures.§.locator horrei.Si aũt moraret ex statione,tunc n obligaret dñm,ex quo semel potuit venire in notitiã ɔhẽtium. Sufficit.n.semel prohiberi.arg.ĵ.quod vi aut clam.l.3.§.illud.& ĵ. de vsur.l.mora.secundo resp.*

§.Conditio. Cõditio,& forma ꝓpositionis institoris inspicitur,q̃ si non seruatur,dominus non tenet, nisi ei possit variatio imputari.h.d.

§.Item si. Proposito vno d̃ ꝯriis,aliud cessat.Itẽ q succũbit per actionem ineptam,recurrit ad aptam.h.d.

§.Si à seruo. Tenetur ꝓponens,licet inter ɔhentem,& institorem non cadat obligatio, & dominus serui tenetur præponenti de peculio.h.d.

LEX XIII.

1 *Accusator licet non teneatur apponere diem commissi delicti, tamen si ponat, & non probat, succumbit.*

2 *Mandati vnius respectu si contraxi tecum quod credebam te habere, possum agere ex virtute alicuius mandati, quod vere habebas.*

a Habebat. aQui se adstringit ad vnã cãm,si nõ ꝓbat succũbit,nec iterum eadẽ actione,ẽt si ex alia cã agat ager ꝑt:nisi prius restõne ꝓhabita.h.d.Ad euidẽtiã huius legis est sciẽdũ,ꝙ qñ qs ɔhit in eam cãm in quã ꝓpositus est expsse,sufficit ad obligandum dñm solius cãæ exp̃ssio:sed qñ qs ɔtrahit in id,ad qd̃ qs est ꝓpositus ꝑ quãdã ɔñtiam,est necesse,ꝙ creditor ꝓbet in illam cãm eẽ ɔuersum,ꝓsumptiones,quas vidistis,& ibi dixi vobis.s̃.ti.2.l.vlt.& e.ti.l.j.§.ñ aũt.*Circa istã mãm,& ẽt circa mãm tituli.de procura.qñ ɔstituitur procurator ad recipiẽdum mutuũ, vide Inno. q ponit multas qõnes circa istam mãm ex̃ de fideiuss. c.ꝙ qbusdam.& ibi ꝑ Doc. iuris canonici. & vide quæ dixi in l.ciuitas.s̃.si cer.pet.*Hoc p̃misso q̃ro in hac lege, aliqs erat ꝓpositus mutuis pecuniis accipiendis,item erat ꝓpositus merci oleariæ accipit mutuam pecuniã ad mercẽ oleariã,ille,q mutuauit, dedit libellum in institoria,tanquam esset merci oleariæ ꝓpositus, & ꝑ ɔñs mutuis pecuniis accipiẽdis,nõ potuit probare ea, q̃ sunt necessaria ad obligandum dñm in his,ad q̃ ꝓpositus est ꝑ ɔñtiam,iõ dñs fuit absolutus,nunc vult iterum ager ex illo capite,qa expsse fuit ꝓpositus pecuniis mutuis accipiẽdis,an possit?Rñdet ꝙ de stricto iure nõ ꝑt,de æqtate aũt,ꝑt ꝑ vtilẽ actionẽ.h.d. Vides ergo ꝙ licet quis nõ hẽat necesse dicere in libello qd̃ ad merces mutuaue
b rit,tñ,qa h.d.vr̃ se adstringere ad probandum,& ideo si nõ ꝓbetb
1 succumbit ꝑ qd̃ dicebat Richar. Mal. † ꝙ licet in accusatione nõ regratur dies cõmissi delicti,tñ si ponat,vr̃ se adstringere ad illud probandum.& si non probat succumbit.De quo dixi in l.is.q reus de pub. iud.Facit optimè extra,de proba.c.licet cãm. & plenè di
c xi in d.l.diuus.de re iu.¶Item no.c ꝙ † licet ɔhã tecum d respectu
2 huius mãdati qd̃ te hr̃e credebã, tñ ego possum agere ex virtute
d alterius mandati,qd̃ verè hẽbas,licet ignorarẽ tp̃e ɔc̃tus.Facit qd̃ dixi vobis in l.2.§.j.s̃.de iud.¶Opp.ꝙ possit agere ex vigore illius mandati,qa pecuniis mutuis est ꝓpositus de iure stricto. Nã cum agat ex alia cã,ñ obstat exceptio rei iud.vt l.cũ q̃ritur.ĵ. de excep. rei iudica.Ponit gl.plures solõnes.Pet.dicit aliter,& meli⁹,hic tam in prima quam in secunda erat eadem actio,licet adiectiones essent diuersæ:ideo non põt agere noua actione,nisi petita prius restitutione ex causa iusti erroris.Ita dixit Pet.C.de iur.& fac. igno. l.error.in vlti.op.Hanc lect.ponit gl.tua.s̃.de in integ. resti.l. 2. in vlti.gl.parua.

ADDITIONES.

a ¶Habebat.& hanc legem no.declarat Bal.in l.fi.C.ꝙ cũ eo.& dicit Bal.in l.j. C. vt in pos.leg.in prin.ꝙ vbi diuersificatur res,cã vel actio,nõ potest subsequi condẽnatio, vel qualitas ex qua variatur actio competens ex simplici præpositione,per hanc legem. ¶Pom.Vide Ale.in l.diuus.ff.de re iu.& in l.quidam existimauerunt.s̃.si cer, pe. & cõs. 56.col.j.vol.2.,Rom.conſ.110.& Ale.conſ.72.vol.j.Are.conſ.250.& Ale.conſ 90. vol.3.

b ¶Si non probat.Ad idẽ tex.in c.ex parte.& ibi Inn.de priu.& no.Bar.in l.j.ff. de eden. & Bal.in l.edita.C.eo.ti.& in l.hæreditas materteræ. C.de peti.hær.Et per istam doctrinam dici potest, ꝙ quando vnum est deductum in inquisitione,si illud non probatur, sed probatur aliud diuersum non potest sequi condemnatoria.Facit l.2.§.hoc edicto. vi bo.rap.no.gl.in l.j.§.diuus.in verſ.absolui posse.ff.de fic.& Inn.in d.c. ex parte.& bar. in l.denunciasse §. quid tamen.de adul.& pulchre Bal.in l.ob hæc verba.ff.de infa.vbi dixit,ꝙ si quis inquisitus est, quod mandauit delictum committi, & probatum est, quod instigauerit, vt delictum committeretur, non poterit condemnari,adde scripta per Ang.conſ.266.& Bar.conſ.209.& Bal.conſ.263.li.4.

c Pom.¶Item no.Adde Ale.conſ.47.vol.j.Fel.c.inter cæteras.de re iu Barb.conſ.38. vol.2. Rom.late cõſ.556.Fel.c.cum super.de off.deleg.Ale.conſ.146.col.fi.vol.v.

d ¶Contraham tecum.Adde Bart.in l.ambitiosa.ĵ. decre.ab or.fac.in fi.& vide omnino Bar.in q.sua inc.adunantia generalis.

§.Meminisse autem. Nouatione dominus liberatur h.d.

a §.Si duo. aSi plures eundẽ institorẽ ꝓponunt,qlibet tenetur insolidum,si inter eos pro socio,vel cõi diuidũdo agatur,quib.indiciis cessantib.quilibet tenetur pro parte.h. d. cũ l.seq.De hoc dixi plene in l.j.cum l.seq.s̃.de exerc.

ADDITIO.

a ¶Si duo.Vide Bar.l.3.§.j.in 2.quæſt.de duob.reis.

LEX XVI.

Si cum villico. In negotio nõ quæstuario cessat institoria,aliàs secus.h.d.

LEX XXVI.

Si quis. Venditio institoris obligat dominum,vt tradat,& etiam rehibitoria.h.d.

1 *Procurator cõstitutus a pupillo cum tutoris authoritate tutela finita,non finit.*

a §.Si impubes. aMandatum institoris non finitur morte mandantis.h.d.De hoc.s̃.si cer.pe.l.eius q
b in prouincia.¶No.arg.b ꝙ si pupillus facit † procuratorem cum
1 authoritate tutoris.quod finita tutela non expirat mandatum. * Contra hunc §.op.de l.& qa.s̃.de iuriſ.om.iud.vbi morte mãdãtis extinguitur mandatum:hic dr̃ contrarium:quare malè.dic, ꝙ hic loquitur in mandato vniuersali,qd̃ æquiparatur iurisdictioni ordinariæ,ibi verò in mandato particulari,quare non est cõtradictio.Sic solui in l.more.s̃.de iuriſ.om.iu. vbi fit contrarium de lege ista ad illam.& ad l.& quia.*

ADDITIONES.

a Pom.¶Si impubes.Pro intellectu huius § vide Ale.in l.eius qui.ff.si cer.pet.

b ¶No.Arg.Per Bal.in l.mandatum.in 4.op.C.mãd..& Bar.in l.2 §.sed si qs ĵ.de do.

§.Proculus. Prohibitus contrahere.si agat institoria, repellitur exceptione,nisi inquantum præponens factus est locupletior.h.d.Facit ad q.gl.quæ est in l.soluendo s̃.de neg.ge.de qua per Doc.in l.fi.C.de neg.gest.licet cõtraria gl. sit.ĵ.de nouat.l.si Stichum.§.fi.

LEX XIX.

In eum. Si actus non potest propriè dici negotiatio,habet locum vtilis institoria.h.d.

a §.Si dominus. aMutatione status institoris non reuocatur mandatum.h.d.

ADDITIO.

a ¶Si dominus.alleg.no.Bal.in l.mandatum.in 3 op.C.mand.

a §.Tabernæ. aAdiectio alterius obligationis institoriam non extinguit.

ADDITIO.

a ¶Tabernæ.Iste tex.no.allegatur in l.hæres.§ seruo de fideiuſ.

¶ Pom.vide Bar.in l.mandatum.C.quod cum eo.vbi dicit istum tex.sing.

§.Seruus. Institor nõ obligat dominum,nisi ad id, ad quod est præpositus.h.d.

LEX XX.

1 *Contrahit quando aliquis tanquam institor,an teneatur.*

a Lucius Titius. Cõtrahens apposito nomine officij,in dubio ɔtemplatione officij contrahere
b vr̃,& institor finito officio,nõ tenetur.h.d.¶No.ꝙ sufficit b qd̃ qs dicat, talis procurator,licet non adiiciat procuratorio nomine. Sic in l.cum post mortẽ.ĵ.de admi.tu.& qd̃ no.in l.post mortem.
1 qñ ex facto tu.¶†Quæro,vtrum qñ aliquis contrahit tanquam institor,teneatur?Quidam dñt,qd̃ hic est casus,qd̃ nõ:& ꝑ hoc reprehẽdunt gl.in l.procurator,q pro euictione.s̃.de procu.In ꝯriũ vr̃ casus.s̃.de exerci.l.j.§.est aũt.& s̃.nau.cau.stab.l.licet.§.possum⁹. & s̃.e.l.sed & si pupillus.§.fi.& l.si qs mancipiis.§.j.Non ob.hęc lex qa non ɔtraxit,sed solum stipſõne fecit continentem verba enunciatiua de ꝑterito.Et hoc in dubio vr̃ esse fcm̃ ad fidẽ in se ostendendã.Ista tñ verba in alio quam in institore inducerẽt ɔtractum ɔstitutæ pecuniæ.l.qdam.s̃.de ɔst.pe.& ibi gl.hoc vr̃ velle.Alij dñt ꝙ institor tenetur,durante officio,non eo finito, & sic posui vobis summarium,quod non placet,per dicta iura.quod tamen relinquo maiori declarationi.

ALIA LECTVRA.

Nota istã legẽ qa notabilis est,& breuiter h.d.Verba ep̃læ ab institore missæ institorẽ nõ obligant,cum videatur ꝑ exercitiũ sui officij illud dixisse.h.d.¶In fi.tex.Imo vr̃, qd̃ iste teneatur saltẽ de ɔst.pec.s̃.de ɔst.pec.per totum titulum.Nec ob.ꝙ officium sit finitum:quia ex quo fuit voluntarium,nihilominus debet teneri , sicut dr̃ in procuratore.s̃.de procu.l.procurator qui pro euictione, dic,ꝙ iõ nõ tenet de ɔstituta pecunia:qa nõ fuerunt verba obligatoria,sed promisit numerare,vt minister mensæ.Iõ,illo officio finito,nõ tenetur.Si aũt verba essent obligatoria dicta per institorẽ tunc nõ credo quod esset liberatus:qa tunc esset in suo arbitrio obligationem mihi q̃sitam tollere.quod esse non debet. C. de act. & obl.l.sicut.Institor.n.ex sua ꝑsona obligatur contrahendo.s̃.de exercitoria.l.si eum.§.seruus.& est casus s̃.eo.l.sed ẽt.in fi.primi dicti. & no.in l.si qs mancipiis.in fi.s̃.eo.& ista est bona lex & difficilis & menti tenenda:& ideo sis cautus,ꝙ si institori mutuas pecunias pro officio,quod exercet,debes conuenire dominum, & nõ institorem.vt in hac lege notabili: pro quo facit l. si institorem.s̃. si cer.pet.

ADDITIONES.

a ¶Lucius Titius. Hanc legem intellige,quod hic non obligatur institor,quia non promisit,sed solum confessus est,& iste est verus intellectus secũdũ Bal.C.de const. pec. in rub.& latius per eum in auth.si qñ.de const,pec.& istum tex.alleg.no.Bal.in l.j. in verſ. quæro quid in syndico.C.de sent.& Ang.in l.possessio.§.fi.ĵ.de acq.poſ.vbi & alleg. no. ꝑ Cy.in l.ei qui.C.quod cum eo.& limita per Pau.de Ca.in l.j.§.exercitorẽ.& vide hic Bar.in l.j.§.nunciatio.de ope.no.nun,& in l.post dotem,in 6.lec. Dy.ĵ.sol.mat.

b ¶Sufficit.Adde gl.in l.quacunque.ff.de proc.quam alleg.Bal.in l.j.in fi.C.de sent. Vide plene in l j.§.nunciatio.de oper.noui nunciat.

De tributoria actione.[a] Rub.

ADDITIO.

a ¶De tributoria actione, Pro intellectu huius ti. vide Ale. in l. post dotē. ff. sol. mat.

Gloss. Continuat.

LEX PRIMA.

Huius quoque. Deo eo, quod contractū est in merce peculiari cum eo, qui est in alteri potestate, eo sciente competit tributoria. Verbum merces, accipitur generaliter, & verbum, peculiare, nulla facta deductione, & verbum, scientia, pro patientia, & verbum, potestatis, seu potestate etiam generaliter accipitur. hoc. d. ¶No. gl. super verbo, omnes. ¶No. quòd ex vno contractu nemo dicitur negotiator, de quo dixi in l. legatis. in prin. de leg. 3. Sic q semel mercatur, non dicitur mercator.

LEX III.

Sed & si seruus.

§. Quod si alter. Vnius scientia non pīudicat ignoranti. Item actionis natura facit insolidū scientem etiam deducere. h. d.

§. Si seruus. Ad euidentiam huius §. scias, quod hoc edictū habet duo capita. Primum prouidet cōtra sciētem tm̄. Secundum contra dolosum, & incipit s̄m caput in l. illud §. si cuius. ff. e. sed hic §. tractat de vtroque mistim. & h. d. Dolus tutoris & curatoris non nocet his quorum negotia administrant: nisi quatenus sunt locupletiores, & tunc tenentur cedere actionem, sed ipsorum administrantium scientia sufficit ad hanc actionem: pupillorum verò & adultorum dolus ipsis nocet, sed scientia non sufficit: procuratoris verò dolus, & scientia nocet. hoc d.

LEX V.

Procuratoris.

§. Si vicarius. Si sint plures quorum vnus est dominus, alius quasi dominus, vtriusque scientia, & ignorantia contemplatur, vt inducat hanc actionem. h. d.

§. Mercis nomine. Contrahentes tm̄ circa merces, habent actionem, contrahentes in potestate deducunt debitum eis, etiā extra cām mercis, nisi creditores ratione pignoris p̄ferantur, & solæ merces, vel quod ex eis est redactum, veniunt in tributum. h. d. vsq; ad §. si plures.

a §. Si plures. a Si plures sint negotiationes, vel vna, sed plura loca. plures, & separaræ fiēt cōtributiones. h. d.

ADDITIO.

a ¶Si plures. Vide sing. cccclxxxj. vide allegata pulchre per Are. cons. 57.

a §. Plane. a Creditores habentes personales actiones vocantur in tributum, & habentes reales suum integrum consequuntur. h. d. Vide gl. quæ est super verbo, in tributum venire. & no. eam. & adde in fi. ibi, q in naui, dic, sed ibi fuit pecunia ad emptionem specialiter numerata, hic secus, secundum Gul. & Pe. & no. per Cy. C. qui pot. in pig. hab. l. licet. & per gl. in l. j. C. de rei vend. & ibi etiam per Cy.

ADDITIO.

a ¶Plane. Vide gl. in l. quod quis. de priuilegiis creditorum.

§. Tributio. Creditores accipientes cauent se reddituros aliis creditorib. emergentib; & etiam ipsi domino qui potest, si vult peculio renunciare. h. d. cum prin. l. seq. vsque ad ver. si cuius dolo.

LEX VII.

Illud quoque cauere.

§. Si cuius dolo. Hic Iurisconsultus incipit tractare de secunda parte edicti, s. quando actio tributoria datur pp dolum dn̄i commissum in malè contribuendo, & h. d. Ex dolo cōmisso in malè, vel nihil contribuendo, quis hac actione tenetur. h. d. ¶No. tributoriam dari propter dolum, sicut in præcedentibus datur propter scientiam. ¶Item not. quod minus est, nihil est. tamen ista locutio est impropria: quia comparatiuum istud non relinquit positiuum in extremis.

§. Hæc actio. Actio ista non est de dolo: ideo datur perpetuo, sed est propter dolum, nec purgatur per actionem ex contractu, ideo hæres tenetur inquantum ad eum peruenit. h. d.

LEX IX.

a Quod in hærede.

§. Eligere. a Quando ad idem competunt plures actiones, cogitur quis eligere vnam, nec poterit postea redire ad aliam: secus si plures actiones competunt ad diuersa. h. d. Ex hoc §. colligitur per Dy. & per gl. vna regula, de regulis q̄ impediunt cumulationē vt no. p gl. in l. edita. C. de eden. & per Dy. in c. nullus plurib. de reg. iu. in 6. hoc autem, quod hic de electione dr̄, est verum, nisi actor reddatur incertus ex facto rei nolentis eum certificare, vt l. j. §. quia autem. ff. quorum leg. Item quod ff. subiicitur, q non potest hr̄e regressum ad aliam, intellige nisi per restitutionem in integ. ex causa iusti erroris. l. habebat. s̄. ti. j.

ADDITIO.

a ¶Eligere. Et materiā huius. §. vide satis nota. examinatam per Barto. post Dyn. in l. j. §. vnde q̄ritis. ff. de publ. & in l. edita. C. de eden. Et adde q si eligat vnā actionem cui sit p̄scriptum, non impeditur redire ad aliam, cui non sit præscriptum, secundum Bal. in l. si prædium. de ædil. act. & ad hoc no. per gl. vide no. Bal. in materia l. j. maxime in 3. op. C. de fur. & de materia huius. §. vide per Dy. in l. in prouinciali, de ope. no. nun. in §. j. adde vt per Ro. cons. 133.

Pom. ¶Pro declaratione, vide Are. cons. 19. Ale. in l. eum proponas. post Barto. ibi. col. de transa. idem Ale. in l. edita. C. de eden.

§. Si seruo. Tenetur hæres, qui seruo dedit libertatē sine cautione, vel deductione, & ex hoc suo dolo tenetur insolidum. h. d.

LEX XI.

Aliquando. Secundum diuersa accidentia quandoque melius est intentare actionem de peculio, quàm tributoriam. h. d.

LEX XII.

Alius duntaxat. De peculio deducitur, id ad quod qs ex dolosa difficultate tenetur. h. d.

a Quod cum eo, a &c. Rubrica.

ADDITIO.

a ¶Quod cum eo. An iste titulus hodie sit correctus, vide Ang. & Imo. in l. & exhæredatum. de re iu.

Ad euidentiam huius tituli debes scire, q secundum rigorem iuris ciuilis filiusfa. contrahens obligatur. l. tam ex contractib. s̄. de iud. propter causam tamen emancipatus, vel aliter à potestate patris liberatus propter status mutationem, videtur quodammodo nouus homo, & ab illa obligatione de rigore iuris liberatur: verū prætor videns contrahentem cum filio esse deceptum propter istam capitis diminutionem, restituit contra ipsum filium vtilem actionem, & hoc facit s̄. per titulum, seu in titulo, de capitis diminutione: postea prætor considerauit quod multum grauauerat filium a restituendo contra eum vtilem, ideo suum edictum in hoc tit. limitauit, vt illa vtilis restituta in sex casib. qui ponuntur in hoc tit. non detur insolidum, sed quatenus facere potest, vt videbitis in l. 2. & per totum hoc eo. ti.

ADDITIO.

a ¶Grauauerat filium. Sed quid si creditor est pauperior, vtrum filius tenebitur in quātum facere potest. Videtur q insolidum, sicut dicimus in marito, & vxore, vt tenent Bar. & Doc. in l. maritum, so. ma. In contrarium facit, quia cum creditor in vno sit releuatus videlicet q restituitur sibi actio vtilis contra filium, vt dicit Bar. ergo debet in alio grauari, arg. in l. eum qui de iureiur. Et hoc vltimum sequitur Bald. in l. 2. C. quod cum eo. quod no. & fuit in vxore & marito dictum Gul. in l. diuortio, de neg. gest. tenet, q tunc non habet priuilegium: sed Iac. de Bel. in sua q. disputata inci. lex dicit, sol. mat. &c. dicit q si maritus, & vxor est pauper, dicit ipse puto, sed territus loquor, tamen sic iudicarem q debeat maritus, vel eius liberi pro dimidio condemnari.

LEX PRIMA.

Omnia. Iurisconsultus hic se continuat.

LEX II.

Ait prætor. In sex casib. hic expressis filiusfa. sui iuris effectus, tenetur inquantum facere potest. h. d.

LEX III.

Sed an hic. In hac actione deducitur. quòd debetur creditoribus priuilegiatis, vel postea contrahentib. non aliis. h. d.

LEX IIII.

Sed & si ex parte. Institutus ex parte nō modica, potest cōueniri insolidum, vel pro hæreditaria portione, & interdum habet beneficium, ne cōueniatur vltra quam facere possit. h. d.

a §. Interdum. a Propter mendacium perdit quis beneficiū. Item in actionibus descendentibus ex delicto cessat hoc beneficium. h. d.

ADDITIO.

a Interdum. Vide Bar. in l. si dubitetur. §. j. de fideius.

§. Soli autem. Beneficium huius edicti non transit ad hęredem filij. h. d.

§. Sed an etiam. Iste §. intelligitur duo. mo. tene primā lec. secundum quam hoc dicit. In hac actione temporis ratio habetur, & sententiæ tempus inspicitur. hoc dicit.

§. Is qui de peculio. Qui semel egit non potest iterum eadem actione ex noua adiectione agere: nisi præhabita restitutione ex causa iusti erroris hoc dicit quod dic vt l. habebat. in prin. s̄. tit. 2.

LEX V.

1 *Filiusfamilias effectus sui iuris contra quem petitur executio instrumenti per eum celebrati tempore, quo erat in potestate, poterit opponere exceptionē, & beneficium huius edicti.*

Si filius

1 **Si filius.** Bñficiũ huius edicti hẽt locũ ẽt ꝯ actionẽ iudicati. h. d. ¶ † No. ꝙ filijf. ꝯ quos petit executio instri, sui iuris effecti pñt opponere bñficiũ huius edicti in casib. s. expssis. Sed
a q̃ro, qd si statutũ dicat: ꝙ ꝯ instrm nõ pñt opponi, nisi certæ exce-
b ptiones, an ista poterit opponi? Rñ. aduertẽdũ, quod hæc exceptio nõ opponitur ꝯ instrm, sed ꝯ executionẽ: nã nõ impugnat instrm, sicut nec sniam, sed litat executionẽ. vñ põderanda eẽnt verba statuti, an dicãt, ꝙ nõ possit opponi ꝯ instrm, an verò dicant ꝯ executionẽ instri. Hoc ẽt verũ vr pp cessionẽ. Nã si statutũ dicat ꝙ non possit opponi cõtra exceptionem, nõ admitteretur cessio.

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Statutum dicat. Vide Fely. in c. exceptionẽ. versi. item fallit. de excep. Rom. consi. 300. Soc. consi. 221.

b ¶ Poterit oppo. Vide per Doc. in l. j. C. de iur. & fac. igno. vide Ang. & Imo. in l. si fideiussores. §. idem respondit. j. de fideius.

a **§. Sed si filio.** Fideicommis. a vniuersalis in effectu heres esse videtur. h. d.

ADDITIO.

a ¶ Fideic. Fideicõmissarius vris habetur loco hæredis, intellige tamen, vt per Bal. in aut. ex causa, de lib. præt. & dixi post Bar. in l. j. §. de illo. ff. ad Treb. & per Bal. in repe. c. si pater. de test. in vj. & vide hic per Pau. de Cast.

LEX VI.

Eũ qui. Propter mẽdaciũ pdit istud bñficiũ. h. d. No. ar. huius legis ꝙ stulti sunt illi, qui faciũt aliquem filiũf. pcuratorẽ, qa si stipulat nõ q̃rit sibi, vt hic, & s. de inst. l. j & de do. l. filius. & l. si filius. & l. q̃cũque. Nec ob. ꝙ eam põt cedere, qa qũo cedet id, qd nõ hẽt? Sed tñ posset agere aduersus patrem, vt sibi cederet, arg. j. de don. inter vi. & vxo. l. si prædia. §. j.*

LEX VII.

1 *Conuentus licet non teneatur nisi in quantum facere possit, tamen libellus admittitur si petatur insolidum.*

a **Paterfilio.** a Potest agi ꝯ hr des, ꝑ hæreditaria portione. vel ꝯ filiũ isolidũ, sed i cõdẽnatione fili⁹ habebit hu
1 ius edicti bñficiũ. h. d. ¶ † No. ꝙ licet actio b deř inquantũ quis fa-
b cere põt: tamen admittitur libellus, si petatur insolidum. Ille autẽ qui conuenitur, debebit excipere de suo beneficio.

ADDITIONES.

a Pom. ¶ Pater filio. Vide Cep. caut. 15 incip. si quis filius.

b ¶ Licet actio. Per Bar. in l. si dubitet. in §. filius. ff. de fideius.

LEX VIII.

1 *Institorem præponere quis videtur sola patientia.*

2 *Sententia potest confirmari ex noua causa.*

1 **Titianus.** † Ex sola patiẽtia a vr quis institorẽ præponere.
a Item iudex appl'onis põt sniam cõfirmare ex no
2 ua causa. h. d. ¶ † No. primò, ꝙ ex patientia b videtur quis aliquem
b præponere, vt s. de exerc. l. j. Scdõ not. ꝙ snia põt c confirmari ex
c noua causa. d quod tene menti pro lege, qui testamento. j. excu-
d tut. iuncta l. si expressim. de appel.

ADDITIONES.

a ¶ Ex sola patientia. Vide in l. cuicunque. de instit. Bal. in l. j. C. ad Mac. & in rub. c. de exer. & in rub. c. de consti. pecu.

Pom. ¶ Vide ad declarationem Ale. consi. 44. vol. ij. & consi. 120. volum.

b ¶ Patientia. Intellige, ac singulariter limita, vt p Bal. in l. si is, ad quẽ. de acq. hær. & Mod. Inst. de act. §. curare. Itẽ limita, vt per Bal. in l. j. de cond. inde. & dixi post Bar. in l. si dixius. j. de re iud. & vide Inn. de app. c. bonæ, qd not. Bart. in l. si expressim, in prin. in vlt. col. j. de app. & de forma sententiæ, vide quæ dixi in l. per hanc. de temp. app. vide Bart. in d. l. si is ad quem, & quòd ibi dixi, videlicet quòd iudex põt ratificare primam sententiã, quæ fuit lata ex causa incongrua, secus si ex falsa. Limita hãc legem procedere, nisi prius processus fuisset ineptus, seu nullus secundum Bal. in l. ij. in xiiij. q. de rescin. ven.

c ¶ Sententia potest. Vide Old. consi. 130. ad fi. Fel. in c. cum causa, de re iudic.

d Clau. ¶ Noua causa. Vide alias concor. per Ale. consi. 78. vol. ij. & vide eundem Ale. in l. non solum. §. morte. de ope. nou. nun. Fel. in c. cum M. Ferrariensis. de const. & cap. cum solicitudinem. de ape.

a Ad Senatusconsultum Macedonianum. Rub.

ADDITIO.

§. Mandatum. * Not. ꝙ mandatum debet esse gratuitum: & iõ conclude, ꝙ per actionem mãdati nõ potest procurator petere sibi constitui salarium, seu mercedem laboris sui. ȷ̃. eo. l. qui mutuam. §. salarium. * Quid vult dicere Iuris.

1 cons. ex officio, atq; amicitia? Rñ. officium † est qđ hõ homini dẽt a in genere. l. j. s̃. de neg. gest. & l. officio. a & ibi glos. C. de neg. gest. &

2 hoc in vnoquoq; de mundo. Amicitia † est in specie q̃ hodie inter paucos est, vt l. latæ. §. amicos. ȷ̃. de ver. signi. ¶Op. igitur hodie nul

3 lus dr̃ procurator, cũ cõiter accipiat pecuniã. Sol. mandatum † pôt ꝯsiderari dupliciter. Primò respectu mandantis, & mandatarij, & illo casu si non esset gratuitum, non dr̃ mandatũ vt pariat actionem

b mãdati, vt hic. Scđo modo pôt considerari b respectu illius, ꝯ quẽ agitur, seu respectu illius, cõtra quem quis est factus procurator: & tunc non curo vtrum mandatum sit gratuitum vel non, nam q̃tum ad illud sufficit ꝙ procurator habeat dñi voluntatem, siue per pecuniam, siue quocunq; modo. hoc probat̃ in l. nãlis. in fi. de ꝑsc. ver ¶Quæro quid in tutore. Dicit gl. idem quia tutoris officiũ dẽt

4 esse gratuitum. Br̃ tutori potest † qnq; cõstitui salarium. l. à tutorib. in fi. ȷ̃. de admi. tut. & l. j. §. si pupil. ȷ̃. de tut. & ra. distra. &c.

ADDITIONES.

a Alex. ¶L. officio. Vide differentiam quæ ponitur inter quos dicatur obsequiũ, & pietas, & de religione vide gl. in l. 2. de inoffi. test.

b Alex. ¶Considerari. Vide qualiter intelligatur istud gratuitum, vide Bar. in l. j. C. de eden. & in l. quædam. in prin. ff. eo. ti. de eden. et adde Bar. in l. j. in fi. s̃. de procur. et vide l. si remunerandi. in prin. ȷ̃. eo. et ad istũ tex. et similes dum dicit, pecunia interueniente, contractũ transire in locationẽ, intellige vt per Bar. in l. hoc iure. §. j. et in l. qui saxum. ȷ̃. de don.

LEX II.

1 *Aduocatus si dederit malum consilium, non tenetur nisi de dolo.*

a Mandatum. a No. ꝙ nemo ex ꝯsilio obligatur, intelligitur nisi fuerit dolosum, vt in gl. & ꝑ Dy. in c. nullus ex ꝯsi. extra, de reg. iur. lib. 6. Dixi in l. non solum. §. si mandato.

1 & §. Proculus. ȷ̃. de iniur. & facit ad quæst. ꝙ † si aduocatus dederit

b malum consilium, non tenetur nisi dolo fecerit. b quod tãgit Spe. in titu. de requisitione consilij.

ADDITIONES.

a Alex. ¶Mandatum. Sed quæ verba importent cõsilium, et quæ præceptum, vide late Anto. in c. nam et concupiscentiam. de const. in prin. limita istum text. nisi talle mandatum, quod potius consilium hic appellatur, fieret super re mandantis, quia tunc est obligatorium mandatum, vt est casus no. secundum Ang. in l. si cum fundum. s̃. de pact. et ibi satis videtur velle Bar. et an quis teneatur interdicto vnde vi ex consilio spoliãdi, vide Bald. quod non in l. 2. in 5. q. C. de seru. Pau. de Cast. in l. pe. C. de pact. dicit, ꝙ sicut arbitrator, vel arbiter, qui eligitur de cõsensu partium, nõ tenetur nisi de dolo, et lata culpa, vt l. j. §. 2. si mẽ. fal. mod. dixe. ita dẽt esse in cõsultore electo à iudice, ꝙ in teste, & notario. l. si qñ. C. de testi. & l. j. & ibi Bar. C. de discu. lib. x. adde vt per Pau. de Cast. cons. 262.

b Pom. ¶Dolo fecerit. Vide Ro. cons. 129. inc. ꝓ plena. & cõs. 228. Ale. in rub. C. de ꝓc. in fi.

§. Mea tantum. * Vide glo. in ver. negotia, q̃ incipit, ex hoc mandato, & c. ibi. C. e. l. à procu. &c. Huius est rõ, quia recipiendo officium vr̃ se oñdere diligentẽ & idoneum: & ideo tenetur de omni culpa. arg. ȷ̃. de ædil. edi. l. si venditor. §. vlti. & l. seq. & s̃. ꝙ quisq; iur. l. 2. cum ibi no. & arg. C. de condi. in pub. horre. l. j. lib. x. & facit. s̃. de offic. proconsul. l. si in aliquam. Et vide per Cy. in d. l. à procuratore. & dixi etiam aliquid in l. eum qui. §. si epistola. ȷ̃. de fur.

§. Mea & aliena. Vide glo. in verbo, & Titio fundum. q̃ incipit. s. certum, &c. ibi ȷ̃. eo. præterea dic, ꝙ oblõ primi mandati non oritur: cum emendo vilem cespitem terræ liberaretur: & sic potest sua nõ interesse. Sed potes saluare gl. vt no. in proxi. glo. s. teneatur demum post gestionẽ. Vel aliter, aut est incertitudo rei, vt ꝓtium, & non valet à principio mãdatũ. Si aũt dico, emas fundũ pro x. valet: qa videor dicere vt emas ẽm pretij q̃titatẽ ẽm Ia. Bu. ¶Sed q̃ est rõ ẽm gl. ꝙ tenet mandatum fundi incerti, & non ꝓmissio? Rñd. qa rõne iniũcti officij ꝓsumitur, ꝙ non emat fundũ inutilẽ, cũ diligẽs esse dẽat. ar. s̃. de off. ꝓcon. & leg. l. si in aliq̃. Itẽ, qa ꝓmissor tractat de dãno vitando, & iõ ꝓsumitur, ꝙ daret modicum fundũ. Quia nemo ꝓsumitur iactare suũ, vt ȷ̃. de prob. l. cũ de indebito. in fi. Et mandatarius non tractat de damno vitando. quia quod nomine pretij dedit recuperat actione mãdati contraria. l. si vero non remunerandi. §. cõtrario. ȷ̃. eo.

§. Tua autem gratia. Not. hic, ꝙ qs ex ꝯsilio ñ obligatur. de quo ꝑ Dy. in c. nullus: extra de reg. iu. li. 6. Et dixi in l. nõ solum. §. si mãdato meo. & §. Proculus. ȷ̃. de iniu. hic verò plenius volo tractare. Circa qđ dic, ꝙ aut qs dat ꝯsilium ꝯhenti, aut delinquẽti. Primo casu subdistinguit. Quia aut in isto ꝯsilio interuenit dolus, aut nõ. Si interuenit dolus, subdistingue, qa aut ille, cui ꝑstabat̃ tale ꝯsiliũ, sciebat illud esse fraudulentum, & tunc q dat ꝯsiliũ obligat̃, vt ꝓxeneta. ȷ̃. de ꝓxe. l. 2. in fin. & s̃. de dolo. l. ꝙ si cũ scires. Aut in isto ꝯsil. non interuenit dolus, & tunc, aut ille cui ꝯsiliũ ꝑstabat̃, nõ erat al's facturus, aut erat. Prĩo casu ille, q. dat ꝯsiliũ oblĩatur. ȷ̃. e. l. si verò nõ remunerãdi. §. si tibi mãdauero. ver. plane. Aut erat al's facturus, & de tali ꝯsilio consultor non tenetur, vt hic. ¶Secundo casu aut ꝯsiliũ ꝑstãs erat talis, q ꝯsueuerat ꝯsiliũ ꝑstare, vt aduocatus, Doctor, & siẽs, aut ñ. Primo casu si malũ ꝯsiliũ dedit, tenet̃. s̃. de ori. iu. l. 2. §. Seruus. s̃. ꝙ qsq; iu. l. 2. cũ ibi no. rõ ẽ, qa talis imꝑitia culpæ annumerat̃, tãr, ꝙ imputat̃ sibi. s̃. de off. præsi. l. illicitas. §. sicuti. ad l. Aquil. l. qua actione. §. fi. & l. seq. Aut iste nõ ꝯsueuerat dare ꝯsiliũ, sed qa erat amicus tuus, tu eũ cõsuluisti, vt tibi ꝯsuleret, licet talis malè ꝯsulat, nõ tenet̃, qa non fraudulose

dolose facit, sed imputet tibi, cur nõ ɔsuluisti peritiores. ff. de bo. pos. l. in bonorũ. C. de inge. & manu. l. si auiam in fi. Aut qs dat consiliũ delinquẽti, & tũc aut qs dat consiliũ vna cũ ope, aut opẽ tm̃, aut ɔsiliũ tm̃. Prio casu tenet ff. de fur. l. si qs pferẽdũ. & l. pignore. §. ferramẽta. Aut qs pstat nudũ ɔsiliũ delinqnti. & tũc aut loqmur i aliis delictis pterq̃ in furto, aut in furto. prio casu siue ille, cui dat ɔsiliũ esset als facturus, siue nõ, sp ɔsiliũ præstãs tenet, cũ sp cõstet de mala, & pversa volũtate ɔsulentis. C. de sic. l. is q cũ telo. ff. de si ca. l. diuus. p hoc s. de ser. corru. l. j. §. psuadere. in fi. verum est tñ, q ɔsiliũ dãs tenet, si alr ñ erat facturus qa non alr erat facturus, nisi ɔsuleret, & tũc tenet ẽt eo. mõ, & ead. pena puniedᵘ ẽ, q̃ deliquẽs, ff. de iu. fis. l. ij. §. diuus. C. de accu. l. nõ iõ minus. Aut ille erat als facturus, & tũc nõ tenet ead. pœna, nec tãta, sed modificabit, si cõsiliũ nõ hũit effectũ. ff. de extraord. cri. l. j. in fi. Aut queris in furto, vbi requirit ɔtrectatio, & tunc subdistingue, quia aut post datum ɔsiliũ nõ fuit factũ furtum & nõ tenet dãs ɔsiliũ. ff. d furt. l. q seruo iñ pri. Aut fuit secutũ furtũ. & tũc aut isti, cui factũ est furtũ, ñ potuit dari actio ɔ furẽ, & tenet, q ddit ɔsiliũ, vt d. l. q seruo. §. idẽ placuit. Aut põt dari actio ɔ furẽ, & tũc aut q furtũ fecit, nõ erat alr facturᵘ sine ɔsilio, aut erat. Prio casu tenet ɔsiliũ dãs, vt d. l. q seruo. §. plus Põp. & de ver. sig. l. sæpè. § fi. Aut erat alr facturᵘ sine ɔsilio, & tũc dico, q ɔsiliũ dãs nõ tenet furti ex ɔsilio. Insti. de obl. q ex deli. nas. §. ope. ver. certè. ff. de fur. l. si qs vxori. §. nec verb. ver. certe. Sed tñ licet furti nõ teneat, q malũ ɔsiliũ dedit, tenet pœna extraor. ff. d re. iu. l. ɔsilij. p hoc gl. ff. de ver. si. l. sæpè. §. fi. ver. & veriᵘ. *

LEX III.

a **Præterea.** a In mandato indeterminato sufficit negotiũ vtiliter esse gestũ, sed si fuit determinatũ in excessu, vel deterioratione, vel diminutione quantitatis in præiudicium mandantis, non datur actio mandati, nisi ad formam debitã reducatur, si in alia specie excedatur mandatum non impletur, si vero ad commodum mandantis, quantitatis diminutio fiat, mandati actionem non impedit. h. d. vsq; ad l. si remunerandi.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Præterea. Limita vt per Bal. in l. cum mandati. C. eo.

LEX V.

Diligenter. *In tex. ibi. custodiendi sunt &c. intellige hũc tex. quantum ad effectum: vñ si mihi aliquid facere certo modo mandaueris, & ego p aliũ fecero nihilominus ɔtra est inter nos actio mãdati, dũ tñ resultet idẽ effectus. vt ff. eo. l. fi. §. fi. Et intellige legẽ istã si mandatarius egreditur fines mandati absente dño: quia secus si eo pñte, vt l. j. §. igitur. s. de exercit. No. dicit gl. hic in verb. aliud, q qui excedit, arg. ɔ. s. quemad. ser. amit. l. is cui. dic, q qui excedit, vr facere aliud: hoc verũ in eo, q excedit, vt hic, nõ aũt in eo, qui nõ excedit, vt tibi, vt pbatur l. prox. Vel dic q hic loquitur, qñ exceditur mandatũ. Et est rõ, quia ibi agitur de iure quæsito ɔseruando. hic verò de piudicio dño generando, arg. C. de acq. pos. l. fi. Et dic de hoc s. de neg. gest. l. sed si vltro. §. j. & l. si negotia. Vel dic vt no. s. si ex nox. cau. aga. l. pe. in fi. Et hæc sol. satis bene approbatur hic qa in eadem forma licitum est facere meliorem conditionem, vt ff. ea l. §. fi. Sed nõ in alia forma meliori, vel deteriori, vt § prox & l. præterea. in fi. & ff. prox. §. & seq. & facit quod not. ff. eo. l. si quid alicui. §. pen. *

LEX VI.

Si remunerandi. Qd datur remunerationis causa, nõ impedit actionem mandati. h. d.

§. Si cui. Ista est vera cã. qua existẽte, res existit, & ea deficiẽte res deficit. h. d. *No. ex isto §. q pcurator non iõ dicitur quia adminis rat, sed quia mandatum de administrando suscepit. Quia dato, q nũquam administret, ex quo mandatũ suscepit, nisi mandatum impleat, tenetur actione mandati. *

a **§. Si passus** Qui patitur aliquem facere quod ad sui commodum spectat, mandare videtur, & sic mandati tenetur. h. d. vide in l. qui patitur. ff. eo. tit.

ADDITIO.

a ¶ Pom. Si passus. Vide Mart. no. 27. inci. no. q si promitto.

a **§. Rei turpis.** a Id quod dr, mandatum nullum est. i. ɔtractus mandati nullus est. & nullã habet vim i. nullam producit obligationem, non enim qui suscipit, implere videtur: sed si impleuerit, punitur mandãs & mandatarius tanquã delinquens. l. liber homo. s. ad leg. Aqui. & l. non solum. §. si mandato. & §. Proculus. ff. de iniu.

ADDITIO.

a Po. ¶ Rei turpis. Vide qd p istum tex. dicat Bar. l. prætor ait, in fi. ff. de no. ope. nun.

a **§. Si tibi.** a Ex mandato q non fit grã mandatarij, orit actio: als secus, nisi intersit eiᵘ, vel als facturus non esset. h. d. prout hic est litera negatiua. non intererat. ¶ Opp. ff. eo. l. si pcurator. §. si mãdauero. Sol. dicunt quidã non intererat ab initio, sed postea cepit ĩteresse, quia sum effectus heres eius. s. mandãtis, cuius intererat: vñ reconualescit mandatũ si postea incipit interesse, quod no. facit qd no. in l. pacto successorum. per Cyn. ibi. C. de pact. dat. gl. alias solones, sed ista est notabilior. Vltimo Pla. ex

b hoc §. fundabat duas suas opi. quas gl. reprobat, &c. b

ADDITIONES

a Po. ¶ Si tibi. In actione ergo mandati venit dãnũ, & interesse, vide Alex. cõs. 42. vol. 3.

b Ale. ¶ Gl. reprobat &c. Per Bar. in l. stipulatio ista. §. alteri. de ver obl.

§. Apud Iulianum. In mãdato spãli nõ deuoluit mutuũ secᵘ in gñali. h. d. ¶ Op. vnũ debitũ deuoluit in actiõe mãdati, vel negotiorũ gestorũ. l. diuortio. ff. de neg. gest. & hic in vers. planè. sed hic in prin. dr contra. quare malè. Rñd. per distinctionẽ huius §. declarant oẽs leges de hoc loquentes. Nam si aliquis est procurator specialis ad vnam rem, in ista actione mandati nõ deuoluitur aliud debitum, vt hic, in prin.

a sed si est procurator a gñalis, vel negotiorum gestor vlis, tunc qa debet exigere à seipso vnum debitum, deuoluit in actione mãdati, vel negotiorũ gestorũ, vt in ɔrio. ¶ Sed opp. & vr q hic in prin. habeat locum actio mandati, ẽt si in aliud mandatum non deuoluitur. Nam hoc ipsum fuit principaliter mandatum. vt pecuniam sumeret, & fœneretur, ergo habet locum actio mandati. Sol. hic mandatum non fuit gratuitum: quia fuit dictum, vt si plus posset fœneari sibi haberet, meritò nõ hẽt locũ actio mandati. *Vide gl. in ver. mandati. q̃ incipit mandatum gñale, &c. in fi. gl. No. ex ista gl. q procurator datᵘ ad debita exigenda, vr datus ad debita pñtia tñ, nõ ad futura. Sic ẽt vr dicendum, q ad lites futuras nõ videtur datus. in ɔrium vr C. q̃ res pig. obli. pos. l. fi. & ff. de admi. tut. l. quoties. §. fi. de libe. & posth. l. placet. cum l. seq. Circa hoc vide quod dixi s. de dam. infect. l. damni. §. ei, qui. *

ADDITIO.

a Alex. ¶ Procurator. Vide in l. tutor. ad fi. de neg. gest.

1 *Pactum de quotalitis priuat procuratorem actione mandati.*

a **§ Maurus.** a Procurator, q est pactus de quota litis, pro eo quod ɔdemnatus soluit, vel vt fideiussor promisit, actionẽ mãdati nõ hẽt: secus, si de quota litis pactus nõ fue-

1 rit, licet ptium fideiussor acceperit. h. d. ¶ Not. istum §. † q pactum de quota litis priuat procuratorẽ actione mandati. ¶ Quæro hic dr vtilis actio. &c. Que est ista vtilis actio gl. dicit vtilis. i. efficax: br nõ intelligas, q sit actio mandati, qa nõ fuit gratuitum, vt s. eo. l. j.

b in fi. sed magis fuit actio b pscriptis verbis, q̃ resultat ex contractu innominato, do vt fideiubeas. l. hoc iure. §. j. ff. de donatio. &c.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Maurus. No. q licitum est accipere pro fideiubendo: & an computetur in sortẽ, vide sing per Bal. in l. antiquæ, in pin. C. ad Velleia.

q ¶ Actio. Adde l. hoc iure: & quod ibi Bar. § j. de dona.

LEX VII.

Salarium Salarium pacto nudo pmissum, officio iudicis exigitur, nisi sit pactũ de quota litis. h. d. Glo. hic intrat quæstionem, qualiter petant salarium aduocati, & procuratores, de quo dic, vt no. p Cy. C. eo. l. j. & l. salarium. &c.

LEX VIII.

Si Procuratorem. Procurator, vt instra sibi data reddat, tenetur actione mãdati, nõ depositi. Idem, si per collusionẽ passus est se vinci. h. d. De hoc quod dicit de collusione pcuratoris, dic vt l. & elegãter. §. pen. s. de dolo *Habes hic in tex q initiũ cuiuscũq; ɔtus spectãdum est qa iura sunt varia, q̃ dicunt modũ attẽdẽdũ, alia, q̃ dñt finẽ spectãdũ. Circa hoc dic hoc modo, Aut extrema sunt vitiosa, & tũc mediũ sp attẽdi dẽt, inst. q mana. pos. §. cũ ergo. & s. de pig. l. si seruos. Aut extrema nõ sunt vitiosa, & tunc si vnũ nõ ordinat ad aliud, vel est dubiũ, tunc inspicimus rlr initiũ, vt hac l. aut vnũ ordinat ad aliud tunc si principium ordinatur ad finẽ, & tunc finis attẽditur. s. ad Mace. l. iiij. §. fi. vel cɔ. Aut finis ordinatur ad principiũ: & tunc aut finis pt hẽre sufficiẽtẽ effectũ, ẽt si principiũ nõ interueniat: & tũc finis inspicit. de ver. obl. l. qdã cũ filiũ. in fi. ff. eo. l. si verò nõ remunerãdi. §. si filio. Aut finis nõ pt hẽre sufficiẽtem effectũ, nisi principiũ ĩteruenit, & tũc si finis hẽt accedere d necessitate, attẽdimᵘ initiũ. ff. q po. in pi. ha. l. q balneũ. & l. si finita. §. Sabini. ff. d dã. ĩfec. Aut finis hẽt ɔtingere ex accidẽti, & tunc in ɔtib. attẽdimus initiũ. ff. de ver. obl. l. si filius. q po. in pig. ha. l. potior. in pri. & §. videamus. In vltimis ãt voluntatib. inspicitur finis. ff. de reg. iur. l. quæ legata. Et que sit ratio dic vt l. si vxorem. C. de cõdi. inser. *

1 *Procurator ad iudicia ante litem contestatam non substituit.*

2 *Procurator ad negotia substituitur quando non est electa industria personæ*

§. si quis mandauerit. Procurator ad negotia põt alium substituere, secus i pcuratore ad iudicia, qui nõ pt substituere, nisi lis fuerit contestata. h. d. * Vel ẽt añ li. ɔte. alium pcuratorẽ ɔstituere pt, si in mãdato sibi data est ptãs, vt in c. j. ex. de pc. li. vj. Et aduerte, qa tũc qñ data, est ptãs, in mãdato aliũ faciẽdi pcuratorẽ, tũc ẽt añ lit. ɔte. pt aliũ pcuratorẽ substituere, vt i alleg. c. j. quo casu ille pcurator substitutᵘ cẽset eẽ datᵘ pcurator à dño, & nõ ab illo pcuratore, q eum substituit, vt in d. c. j. in gl. q̃ incipit, tũc substitutᵘ &c. & hoc tenet ibi gl. p lĩtẽ eorũ. §. si decuriones. s. q cuiusq; vni. no. Ex qua glo. tenet in c. pcurator. ex. de pcu. in cle. q si pcurator dñs litis aliũ faciat pcuratorẽ, & ille pcurator dñs litis moriat, q sicut morte

sua expirat mādatū. vt s. de iud. l. tā ex ɔ̄ctib. §. fi. sit res integra. vl' ā vt no. In suma. §. itē si adhuc. itā expirauit mādatū ipsius, quē ipse substituerat qa ab eo, & nō à dño cui' ē litigiū, cēseē dat' p illo substituto, ita ēt, si pcurator, q ex ptāte sibi data aliū pcuratorē fecit, & sic substituit, sijste substituēs moriat, & ita morte isti' mādatarij expiratū est mādatū suū. d. l. tā ex ɔ̄ctib. §. fi. & no. ī d. §. itē si adhuc mādatū substituti ñ erit extinctū. Rō est, qa nō cēseē dat' ab illo, sʒ à dño, vt in alle. c. j. ex. de pc. li. j. Sed morte dñi, re integra, finiē mā datū. Re āt nō integra, nō expirat mādatū morte dñi, vt s. d. īstito. l. si qs mācipijs §. eius. ¶Ex p̄dictis satis patet decisa qō qua q̄ritur an reuocato pcuratore videaē ēt rūocatus eius substitutus. Scias tñ φ pcurator gnal'r ɔstitut' ad negotia, ītell'r ēt ɔstitut' ad iudicia, & iō ageē, & ɔueniri poterit. p quo c. q gnal'r. ex. de pc. li. vj. Et hoc importat significatū hui' dictionis negotiū, qđ multiplex ē. ex. de ver. si. c. for'. §. negotiū. Et h̄ intellige, φ agere poterit exceptis illis casib. ī qb. reqriē spāle mādatū, vt dr ī d. c. q gnal'r. Et iste pcurator pt aliū facere, & iste aliū, vsq; in infinitū. Sed prim' dño teneē q̄ti sua interest primū nō fuisse mutatū. s. de neg. gest. l. sicut mādato. Et iste pcurator ad negotia dēt eē maior xvij. an. q̄uis sit minor xxv. vt alle. c. q gnal'r. & lʒ al's minor xxv. an. nō admittaē ad agēdū, vt no. ibi gl. sup ver. ad negotia. Sed Archi. illā gl. reprobat expsse dicēdo, φ nisi sit maior xx. an. nō poterit agere. Rō sua est. Nā (dicit ipse) absurdū vr, φ tacite possit qs dari pcurator ad iudicia, q nō pt expsse, qm̄ vbi est ead. & par rō, ibi nō pt plus operari tacitū, q̄ expssum. Itē, qa si illa gl. esset vera, ɔcedereē vna via illud, qđ denegareē alia, qđ esse nō dēt, ex. de pc. c. tuæ. Et pt esse rō, quaē ad negotia sufficit, φ pcurator hēat xvij. an. & ad iudicia reqriē, φ hēat xxv. an. qa in iudicijs qs pt facili' decipi. & iō ibi difficili' mutaē. Et vbi rl'r est mai' periculū, ibi cautius est agēdū. seqē φ deat hēre lτimā ɇtatē xxv. an. qđ secus est in negotijs. Itē in iudicijs minor p se admitti nō pt, g̃ nec p alio. 16. dist. c. si qs ñ suo. & istā opi tenet ibi Zenzel. de verbo ad verbū. ¶*Duo dicit hic Iurisc. Priò

1 †φ pcurator ad iudicia ñ pt substituere añ lit. ɔte. Scdò, †φ pcu-

2 rator ad negotia pt substituere. Ad primū opp. de l. illā. C. de don. Sol. ibi loqē de pcu. in rē suā, hic in pcuratore simplici. *Vel dic φ qdā est dñs cāæ, & litis, vt eū ago p me cām meā. & tunc possū. Quidā dr dñs litis tm̄, vt pcurator q litē est ɔtestat', & iste ē dñs litis, vt C. de pcu. l. nulla dubitatio. Quidā dr dñs cāæ ad quē ɔmodū, & incōmodū ptinet: vt j. qñ ap. sit. l. j §. in ppria. & iste ēt pt ɔstituere pcuratorē. & sic loqtur l. illā. *¶Ad s̄m op. j. de diuer. &

a tē. pscri. a l. pe. §. j. vbi ēt ad negotia ñ pt substiuere. Gl. hic, & ibi ponit multas solutiones, inter quas ponié vna, φ ibi erat electa industria psonæ, hic sec': vñ ibi est eadē rō, q̄ in iudicijs, vt refert Cy. in l. qđ qs. C. de pc. *Nā iō nō pt pcurator ad iudicia añ li. ɔtest. aliū ɔstituere, qa ibi est electa īdustria psonæ pp litis euētum, q periculosus dubiusq; est, iuxta l. qđ debeē. s. de pecu. quare nō pt mādaē alij, ar. l. inter artifices. j. de sol. Et si dicaē hac rōne procurator ad iudicia, nec qdē post lit. ɔtest. poterit alii mādare, qđ verū nō est, iuxta l. nulla dubitatio. & l. neq; tutores. & l. qđ qs. C. de pc. nō ob. qa tunc est alia rō. qa factus est dñs litis, vt d. l. nulla, & j. de app. l. ab executore. in fi. vñ cū null' possit alienare, nisi sit dñs, alienare āt, & rē in iudiciū deducere sint paria, vt j. de iu. deli. l. ait ptor. §. qđ si āt. iō procurator tunc pt, vt dñs aliū procuratorē facere. In negotijs verò nō vr electa industria psonę: cū qsq; cōiter sciat gerere: quare secus. & hoc, nisi aliud esset ex nā negotij: qa fortè eēt magni pōderis, & magnę industrię: nā tūc videreē electa industria psonæ: qa tunc nō posset alij ɔmitti rōne p̄dicta: ēt in extraiudicia lib. sic, l. pe. § itē adiiciendū. j. de diuer. & tēp. psc. ad qđ C. de sum. trin. epl'a, liquet in fi. & ex. de proc. c. fi. in pri. lib. vj. & ita dicit An. de Pisis, Pet. vt refert Cy. in l. qđ qs. C. de proc. dicit, φ ista rō nō est bona. Nā si hoc esset verum, nō posset ēt post lit. ɔtest. procuratorē substituere, quia adhuc durat electio psonæ. Dicit ergo ipse, φ idē est in iudicijs, & in ɔ̄ctib. Nam sp procurator pt alium substituere. s. in p̄iudicium sui: nō autē in p̄iudicium dñi mādantis. Sed in hoc differunt iudicia à negotiis: qa aduersarius in iudiciis non cogitur admittere procuratorē substitutum, si nō vult. Addit Iac. Bu. rōnem huius rōnis. Nā actio, sup qua litigatur, spectat principl'r ad dñm: negotium verò, quod mandatur spectat vniformiter ad dñm sicut ad pcuratorē. v. g. mandaui tibi, vt Stichum seruum emeres: emere Stichum ita pt ptinere ad me, sicut ad te: meritò pt alium substituere procurator. Nō ita si mādo tibi exercitiū actionis meę. Ista verba nō placēt mihi. Nam procurator pt substituere ēt in p̄iudicium dñi, vt l. j. §. magistrum. s. de exerci. & de instito. l. cuicunq;. & j. qđ vi, aut clam. l. si ego. Nec ēt rō Iac. Bu. mihi placet p d. l. si ego tibi. vbi mādaui tibi, vt faceres opus nouum. Istud negotium nō ptinet ad te, sicut ad me: & tñ potes alij delegare in p̄iudicium meum. Dicendum est ergo, φ rō est illa, quam dixi. s. φ vr in iudiciis electa industria psonæ. Non ob. si dicas, ista rō durat post lit. ɔtest. qa tunc (vt s. dixi) procurator est effectus dominus litis: ideo tunc potest alium substituere procurator nomine suo, non aūt nomine domini. Ad l. pen. §. item adiicēdum. de diuers. & temp. praescri. rñde. vt patebit ex distinctione, quam dicam statim.

¶Dic ergo, aut loqmur ī pcuratore ad iudicia, aut ad negotiā. Primo casu aut est in rē suā & pōt substituere īdistīctè. C. de dona. l. illā subtilē. ver. φ ēt. Aut est simplex pcurator, & tūc āte litē cōtest. nō pōt: qa vr electa industria psonæ, post lit. contest. sic: quia effectus est dñs litis, vt hic, & l. φ qs. & l. nulla & l. pcuratorib. & l. neq; tutores. in fi. C. de pc. & tanq̄ dñs litis ī illa lite pōt aliū pcuratorē facere, & ɔstituere. ¶Et iō dēt dicere pcurator, q est dñs litis. Talē pcuratorē vt dñs litis, ɔstituo. Nō aūt dēt dicere, Talē pcuratorē substituo. Secūdo casu, Aut nos loquimur de pcuratore gnali, & īdistinctè pt substituere: vt hic, & l. j. §. magistrū. s. de exercito. & l. cuicūq;. ī fi. de īstitor. Aut de pcuratore spāli. & tūc, aut mādatū hēt certam, & lmitatā formā, & tūc pt aliū substituere: qa nō vr electa industria psonæ, vt j. φ vi, aut clā. l. si ego, ex. de of. dele. c. is cui. ver. si. sed si nō expressū lib. vj. Aut nō hēbat certā formā, & nō pōt aliū substituere: nisi sit ei hoc pmissū, vt l. pe. §. itē adiiciendū. de diuer. & tēp pscr. Rō, qa vr tūc electa īdustria psonæ, vt d. l. mādatum. in fin. & d. capit. is cui. ver. sed si. de off. dele. ¶Quæro, vtrum inter procuratorem substitutū, & primū mādātem sit actio, eo casu, quo dixi posse substitui, text. hic videtur dicere quòd nō, sed iste substitutus debet agere ɔ̄ eū, q sibi mādauit, & ei teneē. vide tex. hic. Breuiter dico, φ modus substituēdi pōt eē duplex. Nā ex eo, φ ego prim' pcurator suscepi mādatū de gerēdis negotiis, negotia ista ptinent ad me cura, & solicitudine. Vñ aut ego tibi mādaui gerēda negotia tāq̄ ad me ptinētia: & tu mei ɔtēplatione suscepisti: & tūc erit actio mādati īter pcuratorē substituētē, & substitutū: nō īter dñm, & substitutū, vt hic, arg. l. cum mādato alieno. vers. sed si nō. j. eo. Aut ego pcurator tibi mādaui tāq̄ negotia dñi gerēda & dñi ɔtēplatione suscepisti: & tunc erit actio mādati īter dñm, & substitutū. Ista distīctio pbaē s. de neg. ge. l. mādasti filio. ī pri. & l. si quis mādato. Et ex hoc vr, φ pcurator substitutus post litis ɔtestationē nūq̄ hēat actionē mandati ɔ̄ dñm, sed ɔ̄ substituētē: & hoc iō, qa substituiē tāq̄ pcurator ipsi' pcuratoris effecti dñi litis ɔtestatiōe: secus, si substitueretur ex vigore mādati, qđ hēret ad substituēdū. Nā tūc vr pcurator dñi & dñs vr eū facere pcuratorē p aliū, l. j. cū l. seq. s. de pcu. ¶Quæro, vtrūeo casu, quo dixi posse substitui deē actio ɔ̄ dñm ei, q cū pcuratore substituto ɔxit? Dic vt s. dixi. Aut ipse est substitutus, vt pcurator primi dñi, Aut vt pcurator substiutētis. Primo casu dñs teneē, vt d. §. magistrū, & d. l. cuicūq;. in fi. de institor. & l. si ego. j. φ vi aut clā. al's secus, sed in ipsū substituētē dareē actio, vt hoc §. ¶Quæro, qđ in pcuratore dato ad dfēdendū, an possit aliū substituere? qdā φ sic sicut pcurator ad negotia per istū tex. vñ de ista qōne p lo. An. & alios doc. ī c. j. p illū tex. ex. de pcura. lib. vj. Si'e in l. φ qs. C. de pcurato. Dico, φ si qdē qs vult substituere pcuratorē ad defēdēdū vt pcurator dñi hoc nō pōt, nisi post litis ɔtestatiōnē qa eadē est rō, sicut in agēdo, sed si vult substituere tanq̄ pcurator ipsius, optimè pōt quia qlibet pōt aliū defendere. ¶Quæro vtrum pcurator substitutus possit alium substituere, & iterū substitutus iterū substituere vsq; in infinitū? Rñdeo, prout dixi. Aut qs vult substituere, vt procurator primi mandātis, & nō pōt substitutus sustituere, sicut dicimus delegatus à principe subdelegat, non autem subdelegatus à delegato, vt C. de iud. l. à iudice. Rō qa in isto actu subdelegandi vr electa industria psonę, cū non hēat debitā formā, vt s. dixi. Aut vult substituere, vt procurator ipsius substituentis, & tūc optime pōt vsq; in infinitū. vt s. de neg. ge. l. mādasti. ¶Quæro, si dubitaē de mādato, & substitutus dēat cauere rem ratā hēri, vtrū cauebit rē ratā habiturū primū mandantē, an ipsū substituētē? Tex. in l. secūda, in princip. & ibi no. j. de cura bo. dā. vr, φ dēat cauere rē ratā habiturū substituētem, p illū tex. ibi, nomine eius, cuius bona &c. Sed arbitror illud dēre intelligi secūdū distinctionem p̄missam. s. si fuit substitutus, vt procurator ipsius substituētis, secus si vt procurator dñi, qa tūc dēt cauere rem ratā dñm habiturū. ar. eorum. q dicta sūt s. Quæro, qñ procurator substituit procuratorē, vtrū ipse desinat esse procurator, & p̄ns q̄riē an substituēs possit illum substitutum reuocare. de hoc habemus hodie casum in cap. is q. extra de procurator. libro vj. Sed qa ibi nō distinguiē pfectè, lō dic latius, aut procurator substituit alium tanq̄ procuratorem ipsius substituētis, & tūc sine dubio pōt reuocare, qñ vult: nec ipse desinit procurator esse, imo substituit, qa ipse procurator remanet. facit j. e. l. si vero nō remunerādi. §. pe. Aut substituit eū tanq̄ procuratorem primi domini mandantis, & tunc aut substituit eū ex ptāte sibi ɔcessa à domino aut ex ptāte sibi ɔcessa à lege. Primo casu, aut eū substituit in totum, & desinit esse procurator, nec potest postea eum reuocare, nisi reuocandi hēret mandatum, vt dicto capit. is, qui. quia ipse dominus ipsum procuratorem fecisse vr, vt s. de procurato. l. j. & alium faciēdo vr reuocare primum, vt l. si qs cū procuratorio. §. fin. s. de procurato. Aut eum substituit in vna cā tātum, vel in vno articulo, cum ipse hēret mandatum generale, & tunc in aliis ipse remanet procurator

ADDITIO.

a Ale. ¶Prescrip. Vide Bar. in l. fi. §. j. j. de diuer. & tempo. prescrip.

tor, sed in illo articulo non posset reuocare substitutum sicut si esset ad illũ articulũ spẽaliter à dño constitutus, vt d.c.is, qui qđ intellige, nisi ex cã, ex qua ipse dñs reuocaret, si hoc sciret.ar.l.si hominem.j.eo. Si verò substituit ex ptãte data à lege, tunc aut substituit in totũ omittendo vices suas, & ipse desinit esse procurator. vt l. q̃ si forte.§. sunt qdã.ver.sed & si ab futuro.ibi, si mõ nõ est alius in eius locum substitutus.j.de sol. Nec posset illũ substitutũ reuocare, nisi forte, re integra, tanq̃ ille non cepisset, seu acceptasset, vt c.q̃uis.extra.de off.dele.lib.6. Aut substituit eum in parte, & remanet procurator, & põt cum reuocare, qñcunq; voluerit.argu. l. sed & si pupillus.in prin.s.de instito.& de pecu.l.curator furiosi. Est ergo consilium, q̃ in instrõ procurationis ponat, q̃ datur ei potestas alium substituẽdi, & substitutũ reuocandi, & cãm reassumendi, & similia. Sed quid, si dictum fuerit, q̃ datur ei ptãs substituendi vnũ vel plures, an si semel vnũ substituit, poterit alterũ substituere? Respondeo nõ, vt ex praedictis patet: quia substituendo vnum, desinit esse procurator, sed duos semel bñ posset substituere fm formam l.plurib.s. de proc.*

1 *Mandans non excusatur, quando aliquis tenetur facere aliquid, & illud mandat, si mandatarius non facit.*

2 *Procuratorem si dñs citatus misit, & procurator non cõparet, dñs est cõtumax.*

3 *Procuratoris in persona casus superueniens excusat dominum.*

§. Si tutores. Si tutor mandauit contutori qđ ad pupillũ non pertinet, est actio mandati, vel tutelae. Item negligentia mandatarij non excusat tutorem.h.d ¶No.ver-
a bum, non sunt igitur, &c. de quo feci mentionem a in l. j. s. si quis
1 ius di.ñ obtẽ. Nã † qñ aliqs tenet facere aliqđ, & alij mãdat, si mandatarius non facit, non excusatur mandans.de quo plene in l.cum
a filius.j.de ver.obl.facit † q̃ si dñs est citatus, qui misit procuratorem, & procurator non cõparet, nõ dr cõtumax procurator, sed dñs, vt
b dixi in d.l.cũ filius.¶Op.de l.cum à mrib.C.qui pe.tut.b Sol. Casus
3 † superueniens in personam procuratoris excusat dominũ, vt ibi, & extra, de procu.c.quaerelam.secus in negligentia, vt hic &c.

ADDITIONES.

a Ale.¶Mentionẽ. Vltra alios ẽt, vide tex.in l.fi.§.seruorũ.s.naut.cau.stab. facit quod no.Bal.in l.si is, cui.ad fi.C.de fur.& vide Bar.in l. cum filius.de ver.obli. & in l.si procurator.de condi.inde. Iste casus ẽ no.q̃ si duo sunt tutores, vnus pt facere procuratorẽ al.ũ i negotijs pupilli, & sibi cõmittere vices suas, fm Bal.no. in l.q̃ pupillae.C.de neg.gest.& adde Bar.in l.si procurator.s.de condi indebiti.

b Alex.¶Petant tutores. Vide Bar.in d.l.cum filius.

§. Si liber homo. Si apparet emptionem factã meo nomine non valere, tenet procurator, nisi cedat actionem, si quam habet efficacem: alias secus.h.d.&c.

a §. Mandati. Actio a mandati datur ad interesse, & iõ si non interest, non datur. h. d. *Not. ad quid datur actio mandati qa ad interesse mãdãtis dat, & nõ ad aliud. Nõ ergo hẽt actionẽ mãdati mãdãs cõ mãdatariũ, vt illud qđ mandauit emi, tradat & soluat: qa ad illud tradendũ mandãti non tenet mandatarius, sed solũ ad interesse ipsius mandãtis, q̃tũ.s.interest sua illam rẽ esse emptã, & sibi traditã. Caueat ergo mãdãs, ne in libello suo petat rem, q̃ mãdauit emi: qa cũ ad illã nõ habeat cõ mãdatariũ actionẽ, sed solũ ad suũ interesse, succũberet: qa ius agẽdi ad illã rẽ non habuit: cũ mãdatarius nõ teneat, nisi ad interesse: vt hoc §. Et ẽ lex notabilis ad hoc C.man.l.ad cõparãdas.vbi vr tex.cũ gl.q̃ res mandata emi.nõ dẽt peti.sed interesse ipsius mãdãtis. Si ergo illam petat, & ad illã mandati actionẽ nõ hẽat: qa ad interesse dat solum, & sine actiõe nemo experiri põt.l.si pupilli.§.fi.s.de neg.ge.succũbere dẽt mãdãs.& pp pmissa vidi quẽdã succũbere: Titius mandauit Caio, q̃ emeret sibi vnã copulatã salis. Caius eam non emit. Titius eam petit in libello, cõ fuit Titio oppositũ, q̃ nõ habebat actionem cõ Caiũ ad petẽdũ dictum sal, sed debebat agere, & petere interesse suũ: qa ad illud cõpetit mãdati actio, & nõ ad ipsam rẽ mandatam emi. ¶Et no.istũ §.p quẽ format libellus in directa actione mandati, puta sic Ego ago cõ te; quia mãdaui tibi vt negotia mea gereres, vel equum mihi emeres: tu mãdatum suscipiens, malè gessisti, vel mandatũ suscipiẽs nihil gessisti: vñ qa mea interest in decem, iõ illud interesse peto, & ad hoc ppono actionẽ mandati directam, & facit s.e.l.si remunerandi.§.j.& l.diligẽter.ver.& si susceptum. ¶Iuxta istã ergo mãm, si quaerat, si desijt interesse, an possit agi inspecto tpe pterito, quo interfuit. Dic fm Gul.de Cug. Aut interfuit iõ, quia factũ nõ fuit, qđ fieri debuit, aut cõ. Primo casu. Aut interfuit pp moram, aut pp culpã. Si pp morã, subdistingue, qa aut desijt interesse culpa debitoris: & tũc non est dubiũ qn teneat, vt si pmisisti repñtare hoiem, & occidisti.s.si qs cautio.l.si eũ.§.hõ sisti. Aut desijt interesse fcõ actoris: & tunc nullo mõ agere pt, sed sibi imputet, vt si promisisti hominem sistere in iudicio, & actor eũ occidit, certè liberor, vt s.ad l.Aqui. l.legis Aquiliae actio. Aut desijt interesse alio casu, & tũc distinguit de actionib. Nã aut loqris de actionib. mere psonalib. & tũc bñ pt agi: licet desierit iteresse.s.si qs cautio.l.q aũt §.j.& de ver.ob l.si seruũ.§.seqr. Aut loqmur in actionib. realib. vel in rẽ scriptis: & tũc si desierit interẽe aliquo mõ nõ põt agi.s.de rei ven.l.sinaũt.§.j.ad exhi.l.tigni.§.fi. Aut interfuit pp culpã: & tunc si desinat interesse aliquo casũ, nõ potest agi, vt hic, & j.de impen.in re.dota.fac.l.& in totũ. Aut interfuit iõ, qa factũ fuit, qđ fieri nõ debuit, tunc aut interfuit mea rõne delicti, vel quasi: & tunc si illud ad quod agebat, cõcernebat dñium, & desinit interesse: tũc si facto meo desinit interesse, non possum agere, si sine facto meo possum agere.s.de condic.furti.l.siue.§.tam diu.iuncta l.& ideo.§.j.de cõdic.furti.l.in re furtiua.§ fi. Aut non concernit dñium, & tunc si desierit interesse, nihilominus possum agere.j.de ser.corr.l.doli.§.fina.de vi & vi ar.l j.§.rectissimè.& l.merito, de fur.l.iter omnes, in prin. C.qđ me.cã l j. Aut non interest rõne dñij, sed al's: & tũc si desinat interesse non possum agere, si non incidat in aliquam speciem delicti j.de act.& obl.l.si is, qui.ad l.Rhod.de iactu.l.j.§.j.*

ADDITIO.

a Alex. Mandati actio. Adde la: e Bal.in l.ad comparandas C.eo. Pom.¶Vide Imo.cons.6.

1 *Fideiussor potest soluere de substantia principalis.*

2 *Haeredum plurium debẽtium vnus certam speciem potest soluere partẽ alterius.*

3 *Fideiussor an teneatur appellare, & appellationem prosequi.*

4 *Paupertas prodest.*

§. Si ignorantes. Fideiussorem omittẽtem exceptionem excusat ignorantia: omittẽtem verò appellare, excusat paupertas, & denũciatio facta principali.h.d.¶No.
a principaliter a ex hoc § ibi.ex suba.† q̃ fideiussores pñt soluere ex
1 suba debitoris.b Ita dicit gl.in l.venditor.in pcinc.s.de iud.& idem
b dicit Ia.de Are.& Rich. Malum.per istum tex.alle. C.vbi de cri.agi opor.auth.qua in puincia.licet gl.ibi al'r intelligat. p hoc facit C.
2 de epi.& cle.auth.si captiui. Et p hoc † dicebat Ia.de Are.& ego refero i l.eadẽ.j.de ver.ob.q̃ qñ sunt plures hrdes, q teneñ ad certã spẽm, qa neuter sorõne ptis liberat, pt vnus soluere partẽ alterius:
3 sic ẽt fideiussor põt remittere possessionẽ rei principalis, q̃ soluere tenebat, p istũ tex.quẽ tene mẽti.¶Scdõ not. † q̃ fideiussor teneñ appellare, ñ aũt psequi. Sed cõ hoc instat, si.n. tñ appellare cogit, ñ aut pseq, qũo pp paupertatẽ excusari pt, cũ applo viua voce fiat? Iõ dicebat Ia.Bu.q̃ fideiussor ñ solũ cogit appl'are, sđ ẽt psequi, ni-
c si excuset paupertate, c vt hic.& vt tollat criũ l.inuitus C.de pc.dicebat ipse sic.qñq; qs cõdẽnat noĩe suo, tñ hoc tẽdit ad icõmodũ alienũ; & tũc cogit appl'are & pseq, nisi excuset ex cã hic posita. Sic ẽt
4 dẽt itelligi l.Hereni⁹ §.Caia.j.de cui.¶Vlt.† no.q̃ paupertas pdest, de quo plenè i l.si qs ad declinãdã.C.de epi.& cle.&c.* Et vid tex. ibi excusata ẽ eorũ inopia. No.hic, q̃ appl'are dẽt fideiussor, si p imperitiã iudicis sit lata snĩa.& no.C.mã.l.si p ea.§.fi.i gl.fi.idẽ ẽ i procuratore, vt no.C.đ pc.l.iuit⁹.fallit rõe paupratis, vt hic.& i gl.alle. ¶Sed q̃ro, q̃ pt eẽ rõ hui⁹ fal.qa iã sufficit pcuratori, vel fideiussor viua voce appl'are, & dicet, appello.ff.de app.l 2. & C.de ap.l.litigatorib.& hoc ita bñ pt dicere pauper, sicut diues. Sed dic, q̃ fideiussor, vel pcurator ñ dẽt appl'are, nisi bonã cãm credat hre, arg.C.de admi.tut.l.si bonam cãm.& l.quoties.§.sicut.ff.de adm.tu. Hoc aũt sciri nõ pt, ñisi cã examinata, in cuius examinatione sũt necessariae expẽsae, qs ñ pt pp paupertatẽ soluere. Et an teneat applõnẽ prosequi, vide qđ scripsi in lib.reportationum, in l.inuitus.C.de proc.*

ADDITIONES.

a Pom.¶No.principaliter. Vide Ale.cõs.118.vol.2.limita tñ, qñ fideiussor nõ hẽ modũ soluẽdi de suo pprio.alias secus sed Ang.in Auct.vt oẽs ob.iud. Itẽ limita non procedere in fideiussore, qui promisit indemnitatem. Bar.in l.seruus.§.si plurium.ff.si quis cau.Bal.in auct. qua in prouincia, C.vbi de cri.agi. Aliquid per Bar.in fini.in l.ij.§.ex his.ff.de verb.obl.

b Ale.¶Substantia debitoris. Not.q̃ fideiussores pñt soluere ex substãtia debitoris, &c.fideiussor pt soluer de bonis principalis, si nõ hẽt de suo, fm Bal.i auc. si captiui, post Bar.& vide oino Bar.in d.auc qua in prouincia.& ibi Bald.ad fi.& idem dicit Ang.in defensore sine mandato condemnato, vt per eum in d.l. Plautius.s.de procu.vbi dicit hanc legem esse singularẽ de procuratore.

c Ale.¶Paupertate. Paupertas excusat ab appellando.& iõ dicit Bal.in l.fin.C.de cond.inser.q̃ nõ praesequẽtia applõnẽ pp paupertatẽ, non currunt fatalia: & adde Bal.in l.fi.in prin.s.quod quisq.iu.& in l.illicitas.§ veritas, ad materiã.s.de off.praes.& vide Lud.Ro.in §.de viro.l.si vero.sol.mat.in fal.propter paupertatem. Adde quod Bal.idem consuluit cons.5.lib.3.

Dolo aut. Procurator tenetur de dolo, & culpa, & de eo, qđ ad eum peruenit.h.d. ¶No.tex.in ver.sed & si dolo.q̃ omissio facta gratia alterius, qđ fieri debet, dicitur lata culpa ¶Itẽ no.tex.ex quo fiunt quotidie instrumenta, facio procuratorem in rẽ suam, & pono eũ loco mei, & q̃ nõ teneat de euictione, & promittatur pro eo cum pacto, q̃ sit obligatus ex facto suo, &c.

LEX X.

Idemque in fundo.

§. Si procurator. In actione mandati veniunt vsurae. hoc dicit.

§. Si quis Titio. Si alias cõhendo mandatum perficitur, actio mandati extinguitur, & ex nouo cõtu agit.h.d.¶Opp.s.depos.l.j.§. si te rogauero.& § seq. solu.hic recipiendo mutuũ perfectũ est mãdatũ, ibi secus. Praeterea, hic ex forma mandati apparet, q̃ voluit transigere in formam alterius cõtus. Dicit.n. q̃ acciperet pecuniam mutuã ecce nomen cõtus. Sed si dixisset simpl'r, q̃ acciperet pecuniam, nõ adiecto noĩe cõtus, vt quia

quia non dixisset mutuum, nec aliter expressisset, tunc actio mandati competeret, vt l. 3ria, &c.* Vel hic fuit mandatum gratia mādatarij tantum: ibi grā mandantis, arg. l. 2. §. fi. eo. tit.

§. Item Papinianus. Qui fideiubet pro procuratore, habet actionem ꝯ dn̄m. h. d.

1 *Cedere quum mihi debes actionem, debes facere quicquid ego volo.*
2 *Mulier si adhibet coniunctam personam ad stipulandū dotem, an videat donare.*
3 *Donare an videatur si aliquis adhibet ad stipulādū eū à quo donatione recuperat.*
4 *Consultor qui imperite consuluit tenetur tantum de dolo.*

§. Si cui. a Qui mihi tenetur actionē cedere, potest cogi debitorē liberare, vl' alteri delegarē ad mei petitionē. h. d.* Vel sic ſm Ia. But. qui hēt actionem, vt ꝓcurator meus debet de ea velle facere meum. In tex. ibi, si hoc velim &c. no. ꝙ ꝑ procuratorē non acquirit actio dn̄o rl'r, sed teneē procurator eā sibi cedere, vt hic, & ȷ̄. de acq. pos. l. possessio quoq;. §. fi.* ¶No. † ꝙ de actione q̄
1 dēt mihi cedi, debes facerē quicquid volo. ¶Scdō not. finē huius §.
2 qui vr̄ ꝯ duas rl'as positas per gl. nr̄as. Prima, † ꝙ si mulier adhibet ad stipulandum dotem, coniunctam personā vr̄ donare. qđ est ꝯ casum hic, vbi filia adhibuit matrem. dixi in l. quæ dotis. ȷ̄. solut. matr.
3 Scđa vr̄ ꝯtra aliam regulā, q̄ est, † ꝙ si aliquis adhibet ad stipulandum eum, à quo donationē receperat, vr̄ donare, vt ȷ̄. e. l. si vero. §. idem Papinianus. qđ vr̄ falsum in dote, vt hic. ibi, q̄uis, & ipsa sit q̄ dotem dedit. Licet n. ibi mater dotauerit filiam, tamen si filia adhibet eam ad stipulandum, nō videtur adhibere animo donādi, quæ plenè dic, vt dixi in d. l. quæ dotis. ȷ̄. sol. mat.

ADDITIO.

a Alex. ¶Si cui. Ideo dicit Bal. per illum tex. in l. cum per eos. C. si quis alteri, vel sibi, actionem quam mihi teneris cedere, cogeris ad mei petitionem in iudicio mouere.

a **§. Si quis ea.** a Adhibitus vt consultor, non tenetur mandati, sed solū de dolo, si dolus intercessit. h. d. qđ
4 no. fa. it † ꝯsultor, q̄ imperitè ꝯsuluit, non teneaē nisi de dolo. Spe. tangit in ti. de requi. consilij.* & vt dixi in l. 2. §. fi. s̄. eo. & plenius in l. j. §. si plures. s̄. de exercitor. in repetitione, quam feci de illo §. ibi. 4. op. &c. Reperio dn̄um Ia. But. sic dicentem super hoc, si quæras, an ille, qui dedit consilium alicui, debeat illud sequi, vel non, sic distingue. Quia aut consultor assumitur, vt particeps officij, & esse potuit: & tunc ille, cui est mandatū, faciat cū cōsilio talis, teneē explorare ꝯsiliū illius, & illud sequi: alias nō valet, ꝙ agitur, vt in l. j. §. si plures. ver. sed & sic præposuit. s̄. de exercito. Si verò non assumitur, vt particeps officij, esse tn̄ potuit: & tunc aut dixit facies de consilio talis. & tunc explorare dēt ꝯsiliū illius, & sequi. Aut dixit facias cum ꝯsilio talis, & tunc explorare cōsilium illius dēt: sed non teneē ipsum seq, vt l. Titiū. j. rn̄so. ȷ̄. de admi. tut. Aut nō est particeps, nec esse p̄t, & tūc de æqītate dēt petere ꝯsiliū, sed seq nō tenetur vt l. quidam decedens. §. Papinianus. ȷ̄. de admi. tut. Rō præcedentis dicti est. quia dictio, de & ex, denotare hn̄t cām̄ mālem, vt ȷ̄. de incen. rui. naufra. l. j. §. ex incēdio. Sed dictio, cū, denotat quod dam accidens: & sufficit explorare, non sequi. de quo per Cyn. C. de epi & cle. l. id, qđ pauperib. ver. 14. & seq. Sed quid si dixit, facias arbitrio Titij: Dic, ꝙ tunc obtinet illud, qđ gl. dicit ȷ̄. de acq. hære. l. si quis mihi bona. §. si coram Titio. in gl. in verb. recte puto, quæ incipit. Sed quid, si adiuit &c. Quia arbitrium imponit necessitatē, qualecunq; sit. s̄. de arb. l. diem §. stari. licet si sit iniquum recurritur ad arbitrium boni viri. ȷ̄. de leg. 2. l. j. cum ibi notatis. Et ex hac ratione fundatur l. cum tale. §. rescriptum. ȷ̄. de condi. & demō. Idem si dixit, ꝙ gereret de voluntate Titij: quia voluntas illius est omnino sequenda. ȷ̄. de leg. 2. l. cum quidā. de dot. pleg. l. Theopompus. Si autē dixit, facias de consilio talis, tunc aut ille, qui debet facere, est magis discretus, q̄ ille Titius: & tūc hēt eius ꝯsilium petere, sed non sequi, vt l. quidam decedens. § Papinianus. ȷ̄. de admin. tut. Et hoc verū, nisi fuisset dictū, ꝙ illa, q̄ essent fcā sine illo, nulla essent: vel nisi per modum ꝯdōnis ordinasset ꝯsilium Titij adhibendum: tunc. n. secus, vt alle. gl. in §. si coram. s̄. alleg. Sic l. Titium. & §. conditio. alle. Aut Titius prudentior est illo, qui dēt facere, vel gerere vt quia forte ille est iuuenis: & tunc ēt obtinet, ꝙ dicit alleg. glo. in §. si coram. ar. C. de nup. l. viduæ, iuncta ibi gl. in ver. sn̄ia. & l. in coniunctione. Et sic intelligunt istam materam Iac. But. & Dy.*

ADDITIO.

a Alex. ¶Si quis ea. Vide Bar. s̄. e. in l. 2. & in l. ex maleficijs. §. si iudex. de act. & obl.

§. Si mandauero. Procurator teneē restituere id qđ ad eum ex mandato venit. h. d.

§. Idē Labeo. a Procurator p̄t dn̄o imputare q̄cqd licitè impendit. h. d.* Gl. hic in verb. eū oportere. ibi, sed qđ si erat rusticus, dēt intelligi ſm ꝯdictionē psonę. tenementi: quia rustici delicatis cibis non debent vti, imo caseo, cepe, & fabis debēt eē ꝯtēti, & pane grosso, vt no. gl. i ver. ex libellis. ȷ̄. de le. 3. l. seruis vrbanis. ita dicit Andr. de Pisis, verū ē, ꝙ aliq habēt hoc ꝓ gl. additionali. Vides in hoc §. ꝙ si ꝓcurator conduxit equū ad curāda negotia dn̄i: ꝙ sumptus recuperat. ¶Sed pone, ꝙ ꝓcurator eq̄tabat cū equo suo, nūquid poterit recuperare sumptus ac si cōduxisset? arg. huius §. à ꝯrio sensu videreē dd̄m ꝙ nō. Tu dic, ꝙ aut ꝓcurator tenebat equū, nō cā locandi, sed vt posset eq̄tare, q̄n vellet: & tunc non recuperat expēsas à dn̄o: q̄a tātūdē expēdisset ī domo, arg. s̄. de pet. hær. l. sed & si lege. §. quod aūt. 3. Si autem tenebat equum cā lucrandi, q̄a ꝯsueuerat locare, tunc recuperat quantum habuisset, si eum locasset, arg. ȷ̄. rē rat. hab. l. si cōmissa. & l. si procurator. Item intellige hanc gl. in fi. ꝙ talis rusticus repetit, si talis erat dn̄s, q̄ ꝑ procuratorē eques eūtē suā negotia gerere ꝯsueuerat, q̄a ꝯdō dn̄i est spectanda, & non procuratoris, arg. l. vel vniuersorum. s̄. de pig. act. & ȷ̄. de vsur. l. qui semisses. C. de epi. aud. l. nemo.

ADDITIO.

a Pom. ¶Idem Labeo. Vide Ale. cons. 197. aliàs 48. col. j. vol. 2. Bald. in c. domino guerram in prin. hic finitur lex. in feud.

§. Idem ait. Vide tex. ibi. sine damno dn̄i fiat &c. ꝙ ē verum dum tn̄ illi sumptus remoti, illi remouēti in aliquo sint vtiles, alias non permittitur, vt ȷ̄. de impen. in re. dot. fac. l. pro voluptarijs, in fi. cum gl. & s̄. de rei ven. l. in fundo. circa fi.

1 *Exceptiones inhonestæ quæ dicantur.*
2 *Defendere quis potest alium ex oppositionib. competentib. ex sua persona.*

§. Generaliter. Omissio exceptionis inhonestæ nō impedit actionē mandati. Itē qui aliū ex necessitate defendit, exceptionib. ex sua persona vti pōt. h. d. ¶Quæro,
1 † q̄ est ista exceptio inhonesta, de qua dicit tex. Dicit gl. si actor ius iniquū impetrauit: vn̄ ꝑ suū delictū non debet audiri. quod tenemēti pro exceptionib. q̄ tota die emanāt ex forma statutorum, vt q̄s non audiaē, q̄a nō soluit collectas, & sil'ia, vt istæ exceptiones dicanē inhonestæ.
a ¶Scdō not. ꝙ ille, qui defendit aliū, b p̄t opponere ex psona sua. De quo in l. vēditor. s̄. de iudi. Cōtra de l. minor 25.
2
b an. §. defensor mariti. s̄. de procu. Sol. ibi loquitur in defensore voluntario, hic in defensore necessario, ad quē spectat commodum & incommodum. Dixi vobis in l. sed & si leg. §. itē si rem distraxit. s̄. de pet. hær. & l. procurator ad exhibendum. ȷ̄. iud. sol. &c.

ADDITIONES.

a Alex. ¶Dicantur inhonestæ. Vide hic. Ale. cons 34. Ro. sin. 445. inci. venditor. Bal. in l. quoties. C. de preci. Imp. off. Inn. in c. quoniam frequenter. vt lit. non contest.
b Ale. ¶Defendit alium. Vide Bar. in l. j. ȷ̄. iud. sol. & Bar. in l. verū, in prin. ȷ̄. ꝓ soc. & ꝓ doc. in l. sunt qui. de re iu. & no. Bal. in l. 2. in ver. quæro quid si debitor. de exec. rei iud.

† **§. Si fideiussori.** Acceptilatio fcā cā remunerandi, fideiussori tribuit actionē mandati, † secus
a si simpl'r cā donādi. h. d. a Tene mēti tex ibi, multo magis, &c. Not. hanc dist. de renunciatione, & simplici donatione: quia facit, ꝙ si ꝯstitui ꝓcuratorē ad iudicia. licet ego ei tenear ad sumptus, quos fecerat. l. ideq;. §. item Labeo. s̄. eo. tit. si tn̄ ei aliquis sumptus fecerit aīo donandi, ꝙ ipse non potest agere ꝯ me actionem mandati ꝑ istos sumptus, ꝓ quo s̄. de iureiur. l. duob. §. à fideiussore. & ȷ̄. loc. & ꝯdu. l. ꝙ si dn̄s. in fin. & ibi vr̄ casus. ¶Sed tu distingue, vt in isto §. Aut aīo remunerādi fuerunt sumptus facti: & tunc posset agere, vt hic. Aut non aīo remunerādi: sed principal'r donandi, & tunc agere non possit, vt l. si vero. in prin. ȷ̄. e. quid in dubio? dic, ꝙ in dubio p̄sumiē, ꝙ aīo remunerādi, si ꝓcur. aliqd dederit illi, q̄ sibi sumptus fecit, vt ȷ̄. e. l. si vero. §. idē Papi. Cū ſp in dubio īspicere debeamus, si p̄cesserit merita, q̄a si p̄cesserint, p̄sumiē aīo remunerādi fecisse, vt no. gl. in ver. postulas in l. si donatione. C. de coll.* Not. hanc dr̄iā inter remunerationem, & simplicem donationem. ¶Scdō not. ꝙ in dubio donatio cā mortis, & legatum præsumitur causa remunerationis. ¶Op. ȷ̄. e. l. proxi. §. j. Sol. ibi videbitis incontinenti.

ADDITIONES.

† Clau. ¶Mandati. Sic ergo liberatur debitor ꝑ accepti. factā fideiussori, qđ verū, q̄n oblō fideius. erat valida, secus si inualida, puta facta à muliere secundū Bald, in l. S. C. ad Velle,
a Pom. Donandi. h. d, Vide Ale. cons. 47. in fi. vol. 3.

LEX XII.

Si vero non remunerandi.

§. Marcellus. Vna fictio circa idem admittitur, non autem plures. h. d. cum seq. ver. plane. ſm Gul. vt not. per eum. s̄. de pac. l. ab emptione. Ego intelligo istum §. aliter, vt dixi in l. si is qui pro emptore. ȷ̄. de vsuc. in fi.

§. Si filiofa. Condō p̄tātiua retro non trahitur, & ideo tp̄s existentis ꝯdōnis inspicitur quo ad inquisitionem. h. d. ¶Op. de l. si filius. ȷ̄. de verb. obli. Gl. soluit suo modo. Tu dic, ꝙ ibi loquitur in ꝯdōne causali, q̄ existēs retro trahitur ad tp̄s ꝯctus, merito tp̄s ꝯctus inspicitur, hic in ꝯdōne p̄tātiua, q̄ ꝯdō existens retro non trahitur, vt l. potior. & l. qui balneum. ȷ̄. qui pot. in pig. hab. Dixi plenè in d. l. si filius. ȷ̄. de ver. obl. &c.

a **§. Idem Papinianus.** a Vnus actus donationis facit aliam donationem præsumi. h. d. fallit fauore dotis, vt s̄. eo. l. idemq;. §. si cui mandauero. de quo plenè dixi in l. quæ dotis. ȷ̄. sol. mat. &c.

ADDITIO.

a Ale. Idem Papi. Et circa no. hic. per Cy. Vide Bal. in l. eam quam. C. de fideic.

§. Si mihi. Procurator ad emendum, pōt repetere p̄tium qđ soluit, & si aliquid amplius impendit. h. d.

§. Si adolescens. Qui fideiubet pro minore, actionem mandati non habet. hoc dicit. ¶Opp.

de l.iij.§.necnon.§.de ... verso. Sol. ibi loquimur in maiore, hic in minore. ¶Opp.de l. si quis cum sciret.ꝯ.de vsuc.pro emp. Solue ut ibi dixi in l.si cui bonis.ꝯ de ver.oblig.&c.

f renũciatione eẽt dictũ, [f] ꝙ poſſet accipere de iure vnius, & dare al
teri in parua & magna q̃titate moderatè, vel immoderatè, tunc va
let illud pactum, ſm̃ Hoſt. ar. l. j. §. ſi ꝯueniat. s̃. depo. niſi eſſet nimis
magna q̃titas, vt dicit ipſe in d. c. quintauallis. ſed hoc non probat.
g Sed põt probari ſic, [g] exceſſus in nimis magna q̃titate facit p̃ſumi
dolum. l. oẽs. §. Lucius. s̃. q̃ in frau. cre. & qđ habuiſtis no. in l. patro
nũ. & l. q teſtm̃. s̃. de prob. ſed dolus nunq̃ venit ĩ gñali remiſſione,
vt dixi, & probatur in l. creditor. §. Lucius. s̃. titul. j. ergo &c. Pro de-
claratione p̃dictorum, vt ſciamus qual'r iniquitas arbitramenti co
h ram iudice detegatur, q̃ro [h] q̃ dicat̃ † parua, vel magna q̃titas? [i] Et vr̃
25 ꝙ qñ fit exceſſus vltra dimidiam iuſti p̃tij, tunc dicat̃ q̃titas magna.
i l. 2. C. de reſcin. ven. In ꝯriũ vr̃ caſus hic, [k] ꝙ magna q̃titas dicatur
k qñ ẽ exceſſus in ſexta pte q̃titatis, vt vr̃ tex. hic ĩ prin. & l. vñ ſi Ner
uæ, ꝯiuncto prin. l. ſeq. j̃. e. Nã cũ in dubio partes ſocietatis debeãt
eſſe æquales. l. ſi non fuerint. s̃. eo. & cũ vni adiudicauerit vnã par-
tẽ, alij duas de toto, vel vni trientem, alij beſſem, facta cõputatione
nõ reperit̃ exceſſus, niſi in 6. parte totius, tñ in l. vñ ſi Neruæ. dr̃ ꝙ
arbitramentũ ꝯtinet manifeſtã iniquitatẽ, qđ eſt notandũ. Ad l. 2.
C. de reſcin. ven. rñdeo, ꝙ illa l. loq̃t, qñ qs lædit̃ in taxatione facta
à ſe pretij, ſecus in taxatione pretij facta ab alio. Tũc. n. nõ ſufficit
exceſſus in 6. parte, vt hic eſt caſus, & iõ ſub dubio forte dico, ꝙ ſi
aliquis eſt deceptus in ſexta parte ſcõ ꝯctu p p̃curatorẽ nõ haben
l tẽ ſpãle mãdatũ, [l] ſi ꝯ p̃curatorẽ non poſſet hr̃e regreſſum, poſſet
implorare remediũ d. l. 2. C. de reſcin. vend. ſ. qđ pretiũ ſupleat̃, vel à
† ꝯctu diſcedat̃, per hanc l. non tñ pro certo firmo modo. ¶ † Quæ-
m ro, [m] vtrũ † arbitramentũ poſſit detegi æquũ vel iniquum ex nouis
26 probõnib. [n] an ſolum ex his, q̃ factæ ſunt corã arbitratore. Et vr̃ ꝙ
n ex nouis probõnib. ſicut in cã appl'onis. l. eos. C. de ap. & l. per hãc.
C. de tẽp. ap. Puto ſic dđm. Qñq; in cã reductiõis ad arbi. boni viri
eſt neceſſe, ꝙ detegat̃ dolus arbitratoris, vt patet ex his, q̃ dixi s̃. in
proxi. q. de renunciatione, & tunc nõ põt æq̃tas vel iniq̃tas detegi,
niſi ex eiſdẽ actis, q̃a faceres nouas probõnes. quæ arbitratori non
fuiſſent factæ, & ſic ignoraſſet, & nõ detegeretur dolus ipſius q nõ
cadit in ignorãtẽ, ſed venit ex aĩo, vt l. j. s̃. de dol. niſi ſcõ ipſius acci-
deret, ne p̃bõnes fierent coram eo, vt j̃. de euic. l. dictũ. §. fi. Qđ aũt
o dixi [o] nõ poſſe fieri nouas p̃bõnes, intelligo omnino nouas. Si vel
lẽ. n. probare corã arbitratore ſic fuiſſe p̃batum, p̃t ẽt per teſtes. cũ
arbitrator non hẽat de neceſſitate facere ſcripturas, q̃a non ſeruat
27 ordinẽ iudiciorũ, † & iõ, ẽt dcã teſtiũ, & alia acta poſſent p̃bari p te
ſtes, vt j̃. de p̃b. l. quoties. §. fi. in gl. ſuper ver. ſolũ hr̃dẽ, de teſti. l. cu
rẽt. & ibi no. Pro h' facit qđ dicimus qñ appellat̃ ab interlocutoria,
quia oportet, ꝙ doceat̃ ꝙ iudex grauauerit: oportet. n. ꝙ iuſtificet̃
ex pri-

ADDITIONES.

a ¶ Poſſit renunciari. Reductioni ad arbitrium boni viri an poſſit renunciari, vide Ale. con
ſi. 23 col. j. vol. 2. & conſ. 102. vol. 2. & conſ. 131. in fi. eo. vol. Pau. de Caſt. conſi 72. & ſequen.
Lanf. de Oria. trac. de arbi. q. 17. & q. 51. Ale. conſ. 3. vol. j. Ale. conſ. 221. col. in j. vol. Pan. cõſi.
64. vol. 1. & in ſimili Fed conſ. 66. & conſ. 125. alias 127. Pau. de Ca. l. ſi vnus, §. illud, de pact.
Imo. conſ. 181. Card. conſ. 29. vlt. col. Imo. conſi. 147. vlt. col. Ant. de But. conſ. 14. Bal. in d. l.
ſi vnus, §. illud. Io. Cald. in diſpu. inci. duo ad inuicem litigantes. Cæp. caut. inci. difficile re
medium. Ana. conſi 16. in 3. dub. Anch in c. canonum ſtatuta, de conſtitu. Alex. conſ. 28. vo
lu. 1. Ang. conſi. 172. Pau. de Caſtr. conſi. 74. vbi ponit, quid ſi foret renunciatum, & quid ſi
ſimpliciter promiſſum foret de dando laudo, & quid ſi foret dictum ꝙ poſſet lædere in
magna, & parua quantitate, & facere omnia, &c. vel an ſi ſtatutum diceret, quod contra
laudum non poſſet opponi, vel obijci, tunc poſſit peti reductio? vide Ale. conſ. 113. col. fin.
ad fi. volu. 5. Vide Soc. conſ. 120. vbi ponit etiam late de his, & maxime ſi foret iuratum,
vel adeſſent clauſulæ, de quibus proxime s̃. vel ſimiles.

b Ale. ¶ Boni viri. Sed adde caſum multum ſing. in quo non põt peti reductio ad arbitriũ
boni viri, quem ſingularem dicit Bar. s̃. de arbi. in l. Labeo, §. tametſi. in fi. quod tene mẽ-
ri, & de quæſt. de qua hic per Bar. vide diſcurſum latiſſime per Io. & Mod. in l. j. §. ſi quis
ante. j̃. à qui. appe. nõn lic. & not. Bar. & ibi Doc in l. fi. s̃. qui ſatiſd. cogan. per illum text.
& Bald. in l. cum antea. C. de arbit. & Bald. in l. iubemus, in fin. prin. C. ad Treb. Bald. in l. j.
C. de his quæ pœ. no. Sed quid diceres, Tu ſcis, quòd ex compromiſſo homologato ori-
tur actio, quæro ſi partes promittant petere, & ꝙ actio ex eo naſcatur, & non ſit homo-
logatum, an poſſit fieri, vt non reducatur ad arbitrium boni viri, hoc modo vide not. per
Bar. in l. quod de bonis, §. j. ad leg. Falc. Sed quid ſi in renunciatione, de qua hic eſt appo
ſitum iuramentum. Dixi in l. quidam cum filium. de ver. ob. & ad Bart. hic adde, ꝙ contra
eum tenet Guid. de Suza. in l. ſi qui ex conſenſu. C. de epiſc. aud. plene per Dy. in conſi. 3
inci. in Chriſti nomine amen. factum tale, &c. Ptolemos, &c. & ibi ſi tertius promittit ſub
pœna facturum, & curaturum, ꝙ ratificaretur laudum. Old. in conſi. 166. videtur idem te-
nere, ꝙ Bar. hic. Et ꝙ ſi promiſit habere ratã ſententiã arbitri. dic ꝙ licet petat reductio-
nem, vel reſtitutionem in integ. non incidit in pœnam, vt per Bar. in l. j. in fi. prin. ff. rẽ rat.
hab. Adde an poſſit renunciari reductioni ad arbitrium boni viri. Vide Bald. conſ. 329. 3.
lib. vbi refert quatuor opiniones. Deinde dicit, quicquid ſit, cõis obſeruantia eſt ꝙ quæ-
cunque cautela verborum appoſita ſit, per enormẽ læſionẽ poteſt peti reductio. Et vide
per eũ ẽt cõſ. 153. lib. j. Ang. conſ. 272. vbi dicit ꝙ ratione doli, & immodicæ læſionis, nõ
obſtãte renũciatione iurata põt peti reductio Et idem voluit Bal. conſ. 6. 4. lib. vbi alle. ꝙ
Ray. de For. & Io. Cal. idem Pet. de Anch. conſ. 109. Pau. de Ca. conſ. 71. & 73. Ro. conſ. 90.
Abb. conſ. 78. Fed. conſ. 125. vbi dicit, quod ſi partes renũciant non petere reductionem,
nec per aliquem iudicem emendari, tenet efficaciter.

c Alex. ¶ Cum filium. Et in l. ſed & ſi in ſeruum. §. ſi quis. de arb. & Bald. in l. & in maiorib. C.
de appel.

d Ale. ¶ Ait prætor. Et ratio, quia ſi arbitrator lædit enormiter, præſumitur in dolo, vt not.
Bar. hic, & in l. fi. de præt. ſtip. vide Bal. in c. j. §. ſacramenta. de pac. iur. fir.

e Pom. ¶ Ineſt. Vide Pan. conſ. 64. vol. j. & Ro. conſ. 90.

† Clau. ¶ Inter locatorem. Et ibi no. ipſemet Bar. & vide Cæp. cautela 217.

f Alex. ¶ Dictum. Si in compromiſſo dicatur, ꝙ poſſit accipere de iure vnius, & dare alte-
ri, vt per Lud. in rub. de arb. & Hoſt. in c. 2. de arb. & Bal. in l. 3. C. de do. promiſ. & vide om
nino not. Barto. in l. lex Aqui. s̃. de tranſactio. & an in dubio, dolus præſumatur in arbi-
tratore, vltra Bar. hic vide aliqd per Lud. in rub. de arbi. & adde Inn. in c. cũ cõtingat. de
iureiur. Sed quid ſi dicatur, ꝙ hẽat p̃tãtẽ pronunciandi alte & baſſe, prout ſibi placuerit,
an, dicatur recte pronunciare, arbiter per dolum ẽt ſi in nullo lædat. Vide Bald. multum
ſing. in l. ꝙ in maiorib C. de appella. alleg. Ioan. And. c. humilis. de maior. & obedien. vbi
videtur tenere ꝙ poſſit, vide eum omnino, & adde ꝙ Bald. in c. ſi inter prin. de leg. Cor.
dixit, quòd ſi poteſtas iſta data ſit arbitratori quòd poſſit iudicare alte, & baſſe, prout
ſibi placuerit. Et refert quòd Ioan. Andr. d. c. humilis. de maio. & obe. dicit ꝙ poterit fa
cere quicquid ſibi videbitur ſed pondera verbum, videbitur. quia ſi eſt in dolo, non fa-
cit ꝙ ſibi placet, ſed eius contrarium quia cum appareat de mente ſua id ꝙ eſt fiendum
facit oppoſitum s̃. mand. l. creditor, §. Lucius. Et no. ꝙ ſi arbitrator etiam ex certa ſcien
tia de alieno largiat̃, iõ non valet, quia nõ eſt ei permiſſum donare de alieno. j̃. ꝙ vi aut
clam l. prohibere. §. plane. imo eſt q̃nque ſpecies furti de alieno largiri, vt per Bal. & per
Lud. in rub. de arb. in 11. q. adde ꝙ dicit Bald. in l. ſi ſuper poſſeſſione. de tranſact. ꝙ arbi
trator poteſt apponere conditiones, & modos congruos, & dicit Rapha. in l. vbi aũt in
prin. de verb. obli. ꝙ arbitrator habens poteſtatem lædendi in parua, magna, & maxima
quantitate videtur habere poteſtatem auferendi totum, quia ſuperlatiue continet quan
titatem inſuperabilem, vt ibi & hic. Ad hoc etiam allegat l. fi. s̃. de cap. dimi. Adde de il-
lis verbis alte, & baſſe Pau. de Caſt. conſ. 47. & de illis verbis, quod poſſit de parte vnius
dare alteri in parua, & magna quantitate Bal. conſ. 381. j. lib.

g Pom. ¶ Probari ſic. Vide Pau. de Ca. conſ. 67. Ale. conſ. 42. in j. vol. & conſ. 52. inci. viſis, &
conſideratis. Ro. conſ. 68.

h Pom. ¶ Quæro. Vide Ale. conſ. 110. vol. j. & conſ. 102. vol. 2. & conſ. 122. volu. 2. Raph. Cu.
conſ. 50. Pan. 70. vol. 2. Imo. conſ. 5. in fi. & Ale. conſ. 47. vol. j. Are. 65.

i Ale. ¶ Magna q̃titas. Adde Doct. & quod ibi dixi in l. qui accuſare, ff. de accu. & Bald. in
l. cum antea. C. de arb. vbi dicitur, quòd arbitrio boni viri intelligitur, p Imo. in l. ſi quis
arbitratu, de ver. ob. cum concor. vide Imo in l. j. §. ſi quis ante, j̃. à quib. ap. vbi late hoc
examinat. Et adde hic, ꝙ dicit Bal. in l. ſi ſuper poſſeſſione, C. de tranſact. & arbitrator in
laudo poteſt apponere conditiones, & modos congruos, & adiacentes, & dicit Raph.
Cuma. in l. vbi autem, in princ. de verb. obl. ꝙ arbitrator habens poteſtatem lædendi in
parua, magna, & maxima q̃titate, videtur habere p̃tãtẽ auferendi totum, q̃a ſuperlatiuũ
continet inſuperabilem quantitatem. Adde ꝙ Bal. conſ. 381. j. lib. dicit ꝙ relinquitur ar-
bitrio iudicis. Sed quid ſi maior, & maxima, Dicit eſt maius dubium. tamen ꝙ putat idẽ
per no. in auth. præterea. C. vnde vir, & vxor. Adde ꝙ magna & parua quantitas dicitur,
inſpecta qualitate cauſæ, & perſonarum. gl. in §. pretium. Inſtit. de emp. & vend. Rayn. in
repetitio. l. libertus, j̃. de oper. liber. & Bal. in l. 2. C. ſi aduerſus vend. et vide Cæpo. in tra
cta. de ſimula. contractuum. §. vj. quia in iſto tenetur contra Bar. hic, & ibi vide concor.

k Pom. ¶ Caſus hic. Vide Ale. conſi. 131. vol. ij. Are. conſi. 216. in j. col. pro cuius conſi. fa-
cit quæ ponit Alex. conſi. v. volum. ij.

l Alex. ¶ Mandatum. Singulariſſima limitatio, & ampliatio ad l. ij. C. de reſcin. vend. ſed
forte non eſt vera per l. ſi voluntate. eo. tit. vbi illa venditio fuit facta per filium procu-
ratorio nomine patris. &c. Et cum Bart. tenuit Ant. in commen. c. quintauallis. de iure
iu. per Imo. in l. ſi quis arbitratu. de ver. ob. per Lud. in l. ſi quis cum aliter. eo. ti. Abb. in
c. cum cauſam. de emp. & ven. dixit ſe dubitare iſtud dictum non eſſe verum, quia pro-
curator repræſentat perſonam domini, & imputandum eſſe domino, qui talem procu-
ratorem elegit, alleg. bonum tex. arg. a ſpeciali in l. cum mandato. §. fi. s̃. de mino. Aliud
dicit eſſe in arbitratore, qui eligitur tanquam bonus vir, vnde ſi facit contrarium peti-
tur reductio, & contra Bar. tenet Imo. in d. c. quintauallis in v q.

† Clau. ¶ Firmo modo. Iſtud reprehendit, & limitat Are. conſi. 126.

m Pom. ¶ Quæro. Vide Pan. conſi. 2. volu. j. Oldr. in tracta. de arbi. q. xvj. Fed. conſi. 285. ij.
dub. Fel. in c. præſentata. ver. vt idem. de teſti. Ale. conſi. 101. col. fi. vol. ij.

n ¶ Nouis probationib. Vide per Mod. in l. j. §. ſi quis añ. j̃. a quib. app. non licet, & Ant. in
c. quintauallis. vbi idem, & vide aliquid per Rom. in d. l. ſi quis cũ aliter, de ver. ob. alias
eſt l. ſi quis arbitratu. e. ti. per Bal. in l. ſub prætextu inſtrumenti. in prin. C. de tranſa. &
per Sal. in l. cum antea. C. de arb. & per ea quæ dicit hic Bar. vbi quandoque in cã redu-
ctionis deducitur ꝙ in caſib. in q̃bus eſt neceſſarius dolus, ſi arbitrator pronunciaſſet
ſecũdũ cõſiliũ peritorũ, nõ poſſet peti reductio, ſecũdũ Fl. in l. regula. §. ſed iuris. ff. de
iur. & fac. ign. quia illud cõſiliũ peritorũ excuſat a dolo, q̃a debet eis credi. l. bonorũ
de bo. poſ. & ponit Raph. Cu. in l. ſi conuenerit. ff. de re iu. ſed cui incũbat onus proban-
di de iniquitate laudi, Dy. ponit in conſi. inci. factum tale eſt Bar. dicit ꝙ allegant iniq-
quitatem, vide Bar. in l. hi qui ad ciuilia. C. de app. faciunt quæ j̃. ponuntur per Bald. hic
per Doc. in d. c. quintauallis. Adde Fed. conſi. 285.

o Pom. ¶ Quod autem dixi. Vide Anto. de But. conſi. 224. & Car. conſi. 145. col. j. & Areti
conſi. 78. col. j.

ex primis actis.l.ait ꝑtor.ſ.de minor. & ex.de appel.c.appellanti.in
a cle.Si verò a non eſt neceſſe, ꝙ dolus arbitratoris detegat, tūc pōt
æquitas,,vel iniqtas detegi ex nouis ꝓbōnib.argumēto d.l.eos.C.
de app.& l.ꝑ hanc C.de temp.appel.Pro hoc facit l.vnde ſi Neruæ.
ȷ.eo.dum dicit.ſi arbitrium ita prauum eſt,&c.non dicit,ſi arbitra-
tor fuerit in dolo,ſed ſi arbitrium in ſe, re ipſa iniquitatem conti-
28 neat.¶†Sed quæro,qd hēt ꝓbare b ad detegēdā iſtā iniqtatē? Rñ.
b ꝙ arbitrator aſſumit ſup ꝯctu, qd ſit ꝓbandū declarat in l. qd.n.in
fi.ſi.n.ꝑſonæ ſint æquales, partes ſocietatis debēt eē æquales. Sed
ſi in ꝑſonis eſt varietas in opera,vel induſtria,vel in pecunia, tunc
boni viri æqtas facit,vt ptes poſſint eē inæquales.Iſta ergo æquali
tas vel inæqualitas erit ꝓbāda ex qua detegit arbitriū eē æquū,vl
iniquum.& iſtud in ꝯctu eſt facile.S verò arbitrator aſſumit ſup li-
te,vt dixi ſ. vr aſſumi ſuper ꝯctu tranſactionis ineundo ſuper lite
illà.Qualiter ergo ꝓbat,& detegatur iniquitas?iudicio meo habe
mus,legē determinātē hoc clarè ſ.de tranſactio.l.cū hi.in princ.§.
vult igit.& §.fi.vbi dr,ꝙ lex voluit,ꝙ iudex ordinarius eſſet bonus
vir,qui arbitraret ſup trāſactione alimētorū.& ad hoc vt rectè ar-
bitret,declarat in §.vult igitur,vbi vult ꝙ cognoſcat de cā,quare ꝑ
uenitur ad trāſactionē,de mō q̄tum hincinde ſit dandū,vel detinē
dum,de perſonis tranſigentiū,videbitis,vt ibi patet.Ex quo hēs ꝙ
c corā iudice reductionis c non ſufficit probare arbitratorem ꝯ iuſti
tiā arbitratū eē in totū vel ī partē:nō.n.ad hoc aſſumit, vt ſm iuſti.
tiā iudicet,vt ſ.dixi;ſed vt in tranſactione interueniat,ſed dēt pro
bari cā quare qs petebat,ſeu quare qs ſe defendebat.Itē vt arbitret
ſm qualitatē ꝑſonarū.Itē q̄tū ī iſto dubio æquū fuiſſet tm̄ alterū al
teri trāſactionis noīe dari,vel æquū fuiſſet nil dari,vl totū dari: &
ex hoc æſtimat modus in quo arbiter debuit ꝯdēnare.l.cū hi.§.mo
dus.ſ de tranſa.& hoc eſt qđ no.in d.l.Lucius.§.fi.ȷ.ad Tre.& ibi vi
d de qđ dixi,vbi qñ qs d eſt deceptus in tranſactione,īſpicit nō veri-
e tas,ſed æſtimō dubij euentus illius litis. e Et ex hoc apparet ꝙ arti
culi,& ꝓbationes tunc dnt concludere ꝙ tūc cū arbiter iudicauit,
ſic erat æquū,quia tales & tales probationes habebat. ¶Nō.n.ſuffi
f ceret ſibi ſi hodie ſuperuenirent ꝓbōnes de nouo,vt l.ſub ꝑtextu.
29 C.de tranſac. ¶Quæro f qñ † examinatur æquitas,g vel iniquitas
g arbitrij.vtrum arbitratores poſſent ſuper hoc teſtimonium ferre?
Certè ſi ipſi inueſtigauerūt de facto,nec ſunt aliæ probōnes, poſ-
ſunt examinari,ſi ſunt duo,& eis credit:vt in c.cum dilectus.ex.de
30 elect.circa qđ vide Inn.ex.de arbi.c.ij.¶Quæro, qd ſi in cōpromiſ
h ſo ſit dictū h ꝙ ex nūc partes homologauerunt qcquid fuerit arbi
tratum ſiue iudicatū.Dy.ꝯſuluit ꝙ homologatio,q̄ ꝑiudicat,debet
fieri poſt laudū:alias ſi fiat añ, eſt idē iuris ꝙ dictū ē in renūciatio-
31 ne ſimplr facta.vr.n.homologare,ſi æquū fuerit arbitrat⁹.¶†Quę
i ro quid ſi ē iuratū ſup ꝯpromiſſo, i in quo eſt renunciatū petitioni
reductionis? Rñ. ꝙ iurm hēt in ſe illā ꝯditionē q̄ hēt pactū præam.
bulum,ſ.ñ venire ꝯ,ſi æquū arbitratus fuerit,vt in c.qntauallis. ex-
32 tra,de iureiu.& l.fi.C.de nō nu.pe.& l.fi.in prin.ȷ.ad muni.¶†Quæ
ro,ſi ille qui petit reduci ſuccubuit,an poſſit ab eo exigi pęna?Dy.
ꝯſuluit ꝙ ſic,tu declara,vt dixi in l.Iul.circa primā lect.ſ.de ꝯd.ind.
k ¶Quæro quæ eſt rō drīæ,k ꝙ †arbitramētū ꝑt peti reduci ad arbi-
33 trium boni viri,ſed ſnīa arbitri non?Br, qñ qs ꝯpromittit in aliqué
tanq̄ in arbitrum, ſic vt ſeruet ordinē iudiciarium. ſaltem in iudi-
cando ꝯtemnit iudicē ad quē ptinebat iſta iuriſdictio:& iō ad eum
non ꝑt redire,ar.ſ.de arb.l.litigatores.in prin. & hoc ē qđ dicit tex.
cum gl.Et qñ ꝯpromittit in arbitrū, ꝯpromittit ī eū,vt ī ſolum bo-
nū virū;& ita ꝙ ab eius dicto ñ recedat:nec ad iudicē eatur. vt ſ.de
arb.l.3.§.j.ibi,quaſi virū bonū , &c.vt ibi dixi.Sed qñ ꝯpromittitur
in arbitratorē cū ſemꝑ fiat ſup ꝯtractu q celebrat ex ptiū ꝯuētiōe,
non ex iudicis authoritate tūc nulla fit iudici iniuria, & aſſumitur
arbitrator tanq̄ bonus vir ſimplr. Et ſi diceret in compromiſſo, ꝙ
aſſumit tanq̄ bonus vir ꝑcipuè,& ita ꝙ nō eat ad aliū: tunc iſta ver
l ba nó opant l tm̄ quātū renūciatio,de qua ſ.dixi.† Poſſem⁹ q̄rere
vtrū arbitrator debeat arbitrari pn̄tib.partib. ita ꝙ eis abſentib. nō
poſſit?Doc.tāgunt in l.vlt.C.de ꝯh.emp.Dixi plenè in l.ſi quis arbi
tratu.ȷ.de ver.obl.Itē an excōicatus,vel exbānitus poſſit eſſe arbi-
ter,vel arbitrator,dixi in l.ex facto.§.ſi qs rogatus.el 2.ȷ.ad Trebel.
ver.iſta q.fuit.Itē vtrum furioſus habēs dilucida īterualla. Vide gl.
in l.cū furioſus.ſ.de iud.ſup verbo,adijcit.Itē vtrū filiusf. inuito pa
tre.Dic ꝙ ſic,vt ī l.3.§.ſed & ſi filius.ſ.de pec.Vtrū ꝑsbyter poſſit ꝯ-
ꝓmittere?Vr,ꝙ nō,vt dicit Cy.C.de tranſ.l.ꝑſes. Quis aūt poſſit eē
arbiter,& qs poſſit ꝯpromittere,& de qb. reb. & formā ꝯpromiſſi,
m vide pleniſſimè ꝑ Gof.ī ſum h⁹ ti.ī iſta mā. m Itē ītra quātū tps arbi
ter dēat arbitrari,dixi plene in l mulcta. ȷ. de ꝯdi. & demon.& ȷ. de
leg.2.l.j.& ibi plene ſcripſi,& hæc de iſta materia dicta ſufficiant.

ADDITIONES.

a ¶Si vero.Vide Ale poſt Bar. ſub prætextu.col.j.C.de tranſ.

b Ale ¶Probare.Adde late no.per Ant.de Bur.in c.quintauallis.de iureiu.in verſicu. venio ad quintum,qualiter iniquitas detegatur.latius per Ang.in ſua diſpu.inci. duo ad inuicē litigantes compromiſerunt.in ver.ſimiliter occurrit videndum,& qđ no.Mod.in l.j.§.j.à quib.appel,non licet,& dicit Bal.in l.ſi hæres.ff.de manumi.teneo, ꝙ arbitrator non poteſt remittere ſuper debito liquido,niſi in modica quantitate.
Pom.¶Vide Pan.conſ.64.j vol.Bal.conſ.62.parte 3.

c Ale ¶Iudice reductionis.Qñ quis petit reductionem,hēbit neceſſe ꝓbare laudū fuiſſe iniquum,reſpū æſtimōnis dubij euentus.Adde Bar.in l.ſi quis cum aliter.de ver,ob.& in l.2.C.de reſcin.ven.in 8.op.& Bar.in l.Lu.§.fi.ad Treb.ſed Bal.in d.l.2.C.de reſcin.ven.in 6.opp.reprehendit Bar.& etiam Ro.in d.l.ſi quis cum aliter.& idem Raph.ibi.

d Pom.¶Quando quis.Vide Soc.conſ.85.per totum.vbi ſequitur Bar.hic.

e Ale.¶Litis.Not.iſtud dictū Bar.ꝙ ille qui vult oſtendere laudū arbitratoris eſſe iniquū, ñ ſufficit oñdere iniquitatē ſolā,quæ apparet inſpecto pn̄ti ſtatu.ſed dēt ēt oñdere,& ꝓbare tale arbitramentū eſſe iniquū,nō ſolū ꝓut tūc eſt,ſed ēt inſpecto futuro euentu litis.Quam doctrinā ponit ēt Bar.in l.ſi quis cum aliter, de ver.ob.Cum qua trāſit Ang.C.de reſc.ven.l.2.& ibi ēt Bar.idem tenet.& Bart.& Imo.in l.Lucius.§.fi.ȷ. ad Treb.& ibi ēt Pau.in lec.Paduana.& Imo.in c.cum cām.de emp.& vē.& An.de But.in c.quintauallis.in §.caſu,de iureiu.Sed contra iſtā ſententiam Bar. tenet & in c.quintauallis, in 6.caſu,& ibi,Imo.contra Bar.tenet ēt Bal.& Sali.in d.l.2.C.de reſcin.ven & ēt Sal.hic in 15 q cōtra Bar.ēt tenet Bap.& Rom.in d.l. ſi quis cum aliter.ſed Mod.ibi ſuſtinent Bar.dnt tñ, ꝙ in practica eius opi.non ſeruatur,quia ſufficit, ꝙ oſtendatur iniquitas laudi,inſpecto præſenti ſtatu,non facta aliqua conſideratione,& probatione dubij euentus litis.

f Pom. ¶Quæro,Vide Ale.in conſ.61.vol.2.& l.ſciendum,ff.de ver.ob. Fel.in c.cum à nobis,de teſt. Ant.de Bu.conſ.23.in j.parte,& Are.conſ.68.

g Alex. ¶Aequitas. Vtrum arbitratores poſſint ferre teſtimonium , quando tractatur de iniquitate laudi,no.Bar.poſt gl.in l.ne in arbitris,C.de arb.

h ¶Sit dictum.Vide Bar.in l.cum antea,C.de arb.& Bal.in l.fi.in 12.q.C.de contah.emp.& Dy.hoc ponit in cōſ.inci.in Chriſti nomine amen.factum tale eſt,Ptolemeus,in 4.dub.
Pom.¶No.iuramentū recipere omnes illas tacitas conditiones , quas recipit promiſſio principalis ex iuris diſpoſitione.Pro quo optime facit l.fi.ff.qui ſatiſ.cog.quod limita,vt Bal.in c.quæ in eccleſiarum,extra.de conſti.Ale.conſ.13.vol.j.& Soc.conſ.85.Ant.de But.conſi.24.

i Ale.¶Super compromiſſo.Vtrum per iuramentum poſſit renunciari reductioni. & vide Io.And.in addi.Spec.qui concludit, ꝙ iuramentum poteſt ſine peccato ſeruari,& debet, aliàs perimitur. Aut laudum eſt iniquum re ipſa,& debet ſeruari. Aut dolo arbitratoris, vel per pecuniam,vel per ſimilem cauſam,& tunc non operatur,quia futurus dolus non remittitur,& hoc ſequitur Hoſt.& vide per Lud.in rub.de arb.Et iſtis adde no. per Bart. & doc.in auth.decernimus.C.de arb.& tex.& doc.in c.2.de arb & Bal.in l.ſi procurator, in prin.ff.de cond.ind.vbi in effectu videtur velle idem quod Bar.hic.Idem Old.in conſi.161.per Sal.in d.l.cum antea.C.de arb.& vide hic per Sal.13.q.per Pau. de Caſt.in l.[illegible] ff. qui ſatiſ.cog.per Ang. in conſi,188 & conſ.169.& per alios in d.c.quintauallis,adde hic quę ſ.dixi.

k Ale.¶Ratio differentiæ.Adde Bal.in l.j.C.de arb.

l Alex.¶Operantur.Illa verba tunc operantur tantum ſi apponantur in compromiſſo, ꝙ in eo aſſumantur boni viri præcipue.Adde Bar.in l.Labeo.§.tametſi,ff.de arb.

m Pom.¶Materia. Ad materiam, vide Are.conſ.61.ad fi.vbi ponit duo pulchra dicta de teſtib.deponentibus coram arbitratore.

LEX LXXXII.

1 *Pater filiam viduam iterum dotare tenetur eadem dote, ēt de iure Digeſtorum.*

a Si ſocius. a Pactū inter ſocios, ꝙ filiæ de cōi dotent,eſt validū:& ſi durante ſocietate dos reddat in cōi cū ſua cā reuertitur:ſecus,ſi ſocietate ſoluta ꝑ filiā recuperat:& ſi acceptilatione fuerit liberata , ſocio non nocebit. h. d. quam legem not.
1 ¶†No.ꝙ de iure iſto pater tenetur filiam viduā iterū dotare eadē dote.Onus. n. dotis eſt,& ſic non vr hoc inductū de nouo, ꝑ auth. ſed quamuis.C.de rei vxo.actio.dixi in l.poſt dotem.ȷ.ſol.mat.

ADDITIO.

a Ale.Si ſocius.Facit ad q.de qua per gl.& Doc.in l.ſi cum dotem,§.1.ſol.mat. & vide quæ dixi poſt Bal.in d.auth.ſed quamuis.
Pom.¶Facit ad q.de qua in l diuortio.§.quod in anno.ff ſo.ma.Et ad iſtā l.vide Ale.conſi.133.2.dub.2.vol.& conſ.154.in prin.vol.2.Ant.de Bur.conſ.7.Ro.cōſ.145.Imo.28.& Ale.conſ.55.ad fi.vol.j.& Ro.conſ.413.vbi tenet per hanc legem, ꝙ frater,qui habet bona cū alio fratre,non tenetur dotare de communi filias fratris.De quo etiam vide Alex.conſi,70.vol.5.& Soc.in conſ.46.

LIBER XVIII.

a De contrahen.empt. a Rub.

ADDITIO.

a Ale.¶De cōtrah.emp.Sed dubitatur circa hunc ti.pone, ꝙ venditor negat ſe rē vēdidiſſe emptor ꝓbat ꝑ teſtes ipſam venditionē,ſed quantitatē pretij non,qa teſtes forte non recordāt,an ſit ꝓbata emptio?videt ꝙ non,ꝑ illā gl.quæ eſt in l.Lucius. circa princ.ſ.de infa.quæ vult nō eſſe credēdū teſtib.non plene factū ipſum deponētib. iūctis no.ꝑ Spe. in tit.de teſte.§.nunc tractādum in ver. ꝙ ergo.Hāc q.tractat Pau.de Caſt.in l.j.C.de rei ven.vbi decidit emptionem fore ꝓbatā,& iuſtū ꝑtiū declarabit officio iudicis. Facit gl. in l.ſi ex cā.§.nunc videndū.in gl.3.circa prin.ff.de min. Vide quæ dixi poſt Bal. in l.cum antiqtas.in fi.C.de teſta.contra prædictam deciſionem facit ꝙ voluit Cy.& Ray.in l.j.C. de contrah.& commit.ſtipu.vbi volunt, ꝙ ſi inſtrumentum cātet qualiter Titius emit tale fundum ab eccleſia , ſed non dicit ꝓ q̄to pretio, ꝙ tale inſtrumētū nō ꝓbat titulū emptionis,ēt cōtra tertiū, ꝙ ēt ſeqtur Bal.in l.ſciendum,in fi.j.col.de verb.obl.vbi rñdet ad §.itē pretium.Inſti.de cōtrah emp.Ita in cōtrariū facit qđ ſcribo poſt Bar.in l.tranſactio C.de tranſ. Ad prædicta,vide ſingulariter Bal.in l.1.& 2.C.de reb.ali.non alie.vbi quærit, ꝙ ſi teſtes deponunt qualiter talem fundum emi à tali, ſed non dicunt pro quanto pretio , & ꝙ poſſedi decem annis,an iſta probent præſcriptionem . Ad prædicta etiam,vide Bar.in §.Marcellus.in vlt.q.ſ.de iureiu.in l.ſi duo patroni.Adde vt per Pe.de Anc. conſ.332.& Ro.conſ.110.

LEX PRIMA.

1 *Emptio,& venditio an ſint de iuregentium.*
2 *Numi ſunt inducti de iuregentium,non ciuili.*
3 *Verbum,comparare,neceſſario non importat emptionem,ſed comprehendit etiam permutationem.*
4 *Conſenſus ſi reqratur,intelligitur inter præſentes, vel per nunciū,vel epiſtolam.*
5 *Quid ſi reuocatur mandatum,& nuncius ignorat.*

a ORigo a emendi. Per iſtam legem vr, † ꝙ ꝯctus emptionis non ſit de iuregentium : quia pecunia non fuit de iuregentium,ſed de iure ciuili,cuius ꝯrium in hac l.in fi.dicitur. Gl. in l. eas.ſ. de

ADDITIO.

a Ale,Origo.Vide Bar.in l.j.C.de vet.numiſmatis poteſtate,lib.11.& quod etiam ipſe no in l.2.§.j.ſi cert.perat. Et cui concedi poſſit priuilegium cudendi monetam , vide gloſſ.& Bart.in l.fi.C.de fal.mone.

de capi. dimi. vr̃ dicere q̃d emptio est de iuregentium, hoc est quia hẽt æquitatem nãlem à iuregẽtiũ, tñ iure ciuili est inducta. Breuiter ego puto, ꝙ emptio sit inducta à iure gentiũ. Ius. n. gẽtium est quo oẽs gentes vtuntur. Licet. n. emptio nõ inceperit ab initio, quo gẽtes cęperũt esse, nulla tñ gens est, q̃ æ non hẽat mãm siue monetã formã publica signatã. Nã antiqui signabant in corio, q̃dã hodie si
1 gnant in charta. Vñ non credo, † ꝙ nummi sint inducti de iure ci-
2 uili, imò iuregentiũ. ¶ † No. ꝙ verbũ, ꝯparare, nõ significat emptio
† nem de necessitate, sed ꝯprehendit ẽt permutationẽ, de quo in l. j.
a C. de re. pm ¶ Vltimo † gl. tua dicit b duo notabilia, † ꝙ vbicũq; dr̃
3 ꝯsensu, intellr̃ de ꝯsensu adhibito inter p̃ntes, vel ꝙ interuenit c or
b ganũ nũcij, vel epistola. † Itẽ q̃rit gl. quid si reuoco mãdatũ, d & nũ
4 cius ignoret? De hoc vidistis in l. j. §. sed ego. s̃. quod iussu. & p Cy.
c in l. mandatum. C. man. vbi de hoc ponit plenè, &c.

ADDITIONES.

† Clau. ¶ Vltimo. Istud per multa reprehendit Ro. consi. 395. vbi cõcludit sufficere, ꝙ certificetur per alium, licet in cõs. 353 in 4. dub. simpliciter sequatur. Vide ẽt Are. tenentẽ contrarium consi. 129. & vide Fel. referentem opin. Ro. consi. j. in c. cũ contingat. de rescr. & idem quod tenet hic Bar. in l. post dotem, j̃. sol. mat. & vide Ale. in l. qui absenti, in prin. l. & ibi Are. de acq. po.
a Alex. ¶ Gl. tua dicit. Adde gl. in l. consensu, & ibi Bar. cum his, quæ ibi dixi post eum, j̃. de act. & obl.
b Pom. ¶ Interuenit. Vide quæ posui ad Bar in l. absenti, j̃. de do.
c Ale. ¶ Mãdatũ. Dixi in l. j. C. de satis. p Bal. i l. si liberã, C. ꝙ cũ eo. & latius p eũ dẽ in l. mãdatũ, C. mã. & in l. falsus, C. de fur. In hac materia q̃d licet nõ valeat emptio, nisi sit expssũ certũ p̃tiũ, tñ valeat ꝓmissio d̃ vẽdẽdo. Ita dicit Bal. i l. pe. C. cõ. de le. & intellr̃ ꝓmittere iusto p̃tio, vt ibi ipse dicit. & an valeat vẽdõ facta vno nũmo, vide Bar. in l. si qs añ, de acq. pos. Et q̃ sit cã ꝓxima i cõtractu vẽdõnis, vide Bar. in l. j. s̃. de cõd ind. & no. ꝙ licet p̃tiũ sit incertũ, tñ si p p relatione ad aliud p̃t certificari, vẽditio valet, vt dixi i l. a diuo Pio. §. si pignora, licet Bar. ibi teneat cõtrariũ, d̃ re iu. & an appellatiõe vẽditiõis, veniat donõ, vide Bar. in l. filiusfa. §. diui, de le. j. vbi vide oĩno, adde vt per Pau. de Ca. cõs. 132.

LEX II.

Inter patrem. Vide ꝙ dixi in l frater à fratre. s̃. de condi. indeb. in vlti. lect. quam non legi in cathedra, sed eam feci scribi. h. d.

LEX VI.

a Sed Celsus filius. a

ADDITIO.

a Alex. ¶ Sed Celsus. Et dum dicit hic, ꝙ locus publicus vendi non potest, vide Bal. in rub. C. eo. in 2. q.

☞ §. Si fundus. Vbi ꝯ̃tus ex ꝯ̃tione resoluit, actiõe ex eo ꝯ̃tu agit ad id, q̃d ẽ actũ, h. d.* Vel sic, Pacta inter ꝯ̃hẽtes apposita in oẽm euẽtũ sunt seruãda. h. d. s̃m Ia. de Are. Et caue, q̃a hic sunt tria pacta. Primũ ĩ pñ. Secundũ ibi, & vt si. Tertiũ ibi, vt quanto minoris, &c. Et est notabilis tex. hãc distinctiõnẽ
☞ feci tibi l. & elegãter. ĩ pri. s̃. de dolo. licet istã l. ibi ñ allegauerim.*

LEX VII.

1 *Contractus collatus, in arbitrium alterius contrahentium, vel ẽt tertij an valeat.*

a Hæc venditio. a Si in alterius ex ꝯ̃hentib. arbitrio ꝯ̃dõ ꝯferatur, intellr̃ de arbitrio boni viri: & tunc arbitrandi facultas extinguit̃ cũ in mora fuerit. h. d. ꝙ no. mul
1 tũ. † Hanc q̃õnẽ habuistis l. si ita coita. s̃. titu j. & l. si quis arbitratu. de ver. ob. ꝙ si ꝯmittit̃ in arbitrio alterius aliqua ꝯ̃dõ ꝯ̃tus, ꝙ si nõ arbitratur, nõ valet ꝯ̃tus. Sol. hic ꝯmittit̃ in arbitrio vnius ex ꝯ̃hen
b tib. ibi tertij. Rõ, q̃a bonus vir, ꝙ dẽt arbitrari, b est iudex ꝙ non p̃ot adiri, nisi sup ꝯ̃tu qui subsistat, vt l. domũ. j̃. eo. Mõ q̃ñ ꝯmittit̃ vni ex ꝯ̃hentib. & ipse non vult arbitrari, pro impleto hr̃, & ẽt ꝯ̃tus est firmatus: ergo iudex p̃t super hoc adiri: secus q̃ñ tertius arbitrari nõ vult, vt dixi in l. si quis arbitratu. j̃. de verb. obl. Itẽ mirandũ vr̃, ꝙ facultas arbitrãdi eo ipso pereat, ꝙ ẽ in mora, ꝙ vr̃ ꝯ casum l. fin. §. sed & si qs. C. Communia de leg. vbi dr̃ ꝙ duret pannũ. Hoc exami
☞ naui in l. j. j̃. de leg. 2. dixi in l. si qs arbitratu. de ver. ob.* ¶ Hic gl. ĩ verbo, obstrictus. facit d̃riam inter, si volam, & si voluero: & cũ volã, & cũ voluero, de qua plenè in l. centesimis. ĩ fi. j̃. de ver. obl. ¶ Itẽ no. ꝙ facultas arbitraria finit̃, cũ qs fuerit in mora. De hoc tetigi ĩ
☞ l. si qs arbitratu. de ver. ob. & ibi istã l. examinaui. & ĩ l. j. j̃. de le. 2.*

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Hæc venditio. Et no. ꝙ si vendo, vel loco pro iusto pretio, nullo apposito declaratore, vel apposito, sed mortuo, dixit sing. Azo. Inst. loc. quod debet agi præscriptis verbis. Sequitur Bal. in l. contractus. de fide instr.
Pom. ¶ In materia huius legis vide Ale. in l. si fundus, §. potest, de pig. in apostil. Paris. ¶ Limita nisi vẽderet vniuersitas, & cõstitueretur aliq̃d p̃tiũ ꝓ iure pronat⁹ Itẽ de ista materia q̃uo ius patronatus posit in vniuersitatẽ trãsire, & q̃d si vxor daret marito oĩa bona in dotẽ, an in maritũ transeat ius patronatus, vide Pau. de Eleaz. in 4. disp. in q. sua incip. patronus. & per discursum totius, vbi vr̃ fuisse in illa opi. q̃ refert Ale. hic ipsum habuisse in cle. j. de iur. pat. q̃ opi. reꝓbat Fel. hic. iõ bñ no. Itẽ vide ad ista Abb. in c. q̃to, extra de iudi. vbi ponit, ꝙ licet veniat ius patronatus cũ vniuersitate, tñ si specificaretur ius p̃ronatus, ñ posit venire. Alleg. Io. An. in c. j. de iu. pat. in 6 & ibi ẽt ponit de iudice laico, an cũ vniuersitate posit priuare aliquẽ iure patronatus, & vide Doc. ẽt ibi. Item de eo, q̃d dictũ ẽ s̃. an in maritũ, ĩ quẽ trãsit vniuersitas bonorũ vxoris, trãseat ẽt ius p̃ronat⁹, vide Fel. in c. cũ Bertholdus. de re iu. vbi all. ꝓ & cõtra, & nihil clare firmat, ex alia tñ rõne mouẽt doc. p eũ ibi allegati, q̃ ex rõne Pa. de Elea.

s̃. vide per eũ, & ibi ẽt vsq; ad fi. illius c. ponit, ad quos trãseat ius præsentandi, & an trãseat in creditorẽ, cui traduntur bona pignori. Et q̃d in cõductore ad t̃ps, & q̃d in sequestro, & multa tangit pro declarõne c. ex literis, de iur. pat. & regulæ prædictæ, ꝙ cũ vniuersitate transeat ius p̃ronatus, vel ius præsentandi. Item an trãseat in fideicõmissariũ, vel fiscũ, vide Ias. in l. venia, in princ. C. de in ius voc. Itẽ, an q̃ñ cũ vniuersitate trãseat ius pat. ita trãseat, q̃d esset mere sp̃ua le, vide Barb. in c. ad q̃ões, de re. perm. Item si vendatur villa cũ iur. pat. ꝙ valeat, secus si diceretur in iur. pa. s̃m Abb. in c. querelã, de simo. In cõtrariũ vide Soc. in l. si is, qui ducenta: in princip. de reb. dub. Item ad primã apostillã Ale. positã super hac l. in fi. adde ꝙ ista opi. Pau. de Elea. reprobat Fel. in c. causam, ver. & prædicta procedunt. extra de præscr. referunt contrarium tenere Ioan.
b And. & alios, vide Ias. in l. diuortio. §. si vir. in vlt. col. ff. sol. mat.
Ale. ¶ Arbitrari. Sequitur Bal. in rub. C. eo. in 2. q. & in seq. ibi, tamen si bene ponderetur, restringit istam legem, quando per modum conditionis, confertur in arbitrium contrahentis, secus si per modum commissionis, vel dispositionis. sed Bar. sentit aperte contrarium in l. si quis arbitra. in ver. op. de verb. oblig. & melius per l. fin. C. eo. Adde quæ posui in l. si quis arbitratu.

a §. Huiusmodi. a Hoc intendit. Non vr̃ incertum, quod ex alio potest certificari. h. d.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Huiusmodi. Hic est vna gl. sing. secundum Imo. in l. si stipuler. iuncta l. si certos. de ver. obl. Vide Bal. in l. in vendentis. in 4. oppo. C. eod. titu.

§. Si quis ita. Adiectio pluris nisi certificet per aliud nil releuat. h. d. De hac dictione, plus dixi in l. Publia § pe. s̃. depositi.

LEX VIII.

a Nec emptio. a Si venditur res, nõ valet venditio, nisi res extet: si venditur dubius euentus, ꝯsistit vẽ
☞ ditio, licet nil sequatur. h. d. Declaraui in l. si iactũ. j̃. de emp.* No-
☞ tabilis lex & subtilis, & per hanc legem fundaui semel vnam quæstionem, quam posui in l. cotẽ. §. qui maximos. j̃. de public. & vecti.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Nec emptio. In hac l. est vna glossella in fin. primæ, quæ ponit de dictione iam, olim, & dudum, qualiter istæ dictiones tria tempora significent, vide Bar. in l. j. §. hoc autem edictum. j̃. de oper. no. nun.

LEX XIX.

a Quod vendidi. a Ex cã venditionis b nõ trãsfertur dñiũ
b nisi pretio soluto, vel fide habita de eo.
☞ h. d.* Ista est bona lex, vide ibi tex. accipientis, &c. Dic, licet traditio fuerit secuta alias: nisi tñ p̃tiũ fuerit solutũ, non fiet translatio dñij, vt no. Inst de rer. diui. §. venditæ vero. in princ. Et istud ꝙ dicit hæc lex, vel fidẽ habuerimus, &c. intellige in vẽdẽte rẽ ꝓpriã: q̃a ille p̃t hẽre fidẽ de p̃tio, vt hic: al's vendẽs rẽ alienã, vt ꝓcurator, vel tutor, vel alius administrator nõ posset habere fidem de p̃tio, vt l. si ꝓcurator. cũ ibi no. in gl in verbo, soluto. j̃. de iure fisci. Et vide q̃ dixi j̃. de re iu. l. à diuo Pio. §. sed si emptor. ibi. Quæro, an ille, ꝙ vendit: & c. vide q̃ scripsi in l. si non donationis. C. de ꝯ̃h. emp. Sed q̃ro, nunq̃d iste, ꝙ vendidit rẽ, & tradidit, & habuit fidẽ de p̃tio, hẽat istã rem obligatã ꝓ p̃tio sine aliqua ꝯuentiõe? dic ꝙ non, per l. j. in fin.
☞ j̃ de reb. eo.* Quid in alio ꝯ̃tu, vtrum dominiũ transferatur mer
c ce soluta. c vel habita fide de ea. Vna gl. est de re. perm. l. j. quæ vr̃ dicere hoc esse speciale. alibi in l. cum proponas. C. de dolo. videtur dicere contrarium. & j̃. de fur. l. si seruus. §. locaui.

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Q̃d vendidi. Ante videatur non habita fides. dic q̃ñ inter contrahentes agitur ꝙ soluatur incõtinenti pecunia, q̃a venditor dicit. nõ confido de te. s̃m Bal. & gl. in l. in ciuile. C. de rei. ven. & in dubio præsumitur habita s̃m glo. Hoc fallit in casib. singulariter no. in l. si donationis. per Bal. C. eo. Et ꝙ præsumatur fides. est & gl. in l. ꝓcuratoris. §. sed si. de tributoria. Et quando videatur habita fides de pretio, vide q̃d legitur. & no. in l. si quasi. s̃. de pig. ac. & vide Bart. in §. locaui. in eo. prin. & fi. vide Bar. post gl. in l. j. j̃. de rer. perm.
b Ale. ¶ Venditionis. Adde Bal. in l. vendentis. in 4. opp. & in l. fi. in 4. opp. C. eod.
c Ale. ¶ Merce soluta. Vide late Bar. in d. §. locaui.

LEX XXII.

1 *Patronatus ius transit, vniuersitate vendita.*

a Hanc legem. a Ex hac lege dicunt quidam, ꝙ † vendita
1 vniuersitate, trãsit ius patronatus: secus in re singulari. de quo vide extra, de re iudi. c. cum Bertholdus. & de iure pat. c. cum seculum reliqueritis.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Hanc l. Vide Bald. in l. si quis. §. certum. de sec. nup. & c. Fallit etiam q̃ñ vniuersitas ipsa esset vẽdita: puta hæreditas, & esset necesse ꝙ fieret traditio singularum rerum, hoc casu non includitur ius patronatus in tali venditione. vide per Mod. in c. quanto. de iudi. Pau. de Elea in cle. j. de iure patro. quod not. ad limitationem l. in modicis. infra eo. & l. quædam. de acq. rerum domi. Adde vt per Bald. consi. 1. lib. 5, per Roma. consi. 368. & Bald. consi. 32. lib. j.

LEX XXVI.

I *Prohibitio facta à iudice impedit dominij translationem.*

a Si sciens. a No. quod ꝓhibitio facta † à iudice impedit trans
1 lationem dominij, quod fit in arbitrio. vide extra, de testa. c. Raynutius. & c. Raynaldus. & ibi per gl. & Inno. &c.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Si sciens. Prohibitio facta à iudice impedit translationem dominij, per Bal. in l. ea lege. in fi. de cond. ob cau. C. & adde quod dixi in l. qui absenti. §. j. j̃. de acq. pos. & Bar. in l. filiusfami. §. diui. ff. de leg. j.
Pom. ¶ Adde ꝙ in contrarium tenet Alex. in l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. j.

LEX

LEX XXVIII.

a **Rem alienam.** a Gl. hic q̃rit duo, vtrum hæc lex hēat locum in re mobili, & immobili? ꝙ dic vt
b plenè C. de vsuc. pro emp. l. 2. ¶Scd̃o q̃ro, quæ sit rō, b ꝙ res aliena
c non pōt pignorari, sed vendi? qđ dic, vt C. ad Velleia. c l. si fine, &c.

ADDITIONES.

a Parif. ¶Rem alienam. Quid autem, si fie, et inter scientes venditio rei alienæ, vide Alex. consf. 559. in 4. vol.

b Alex. ¶Quæ sit ratio. Sed quō intelligatur ꝙ res aliena non possit pignorari, vide not. & ibi Bar. in l. rem alienam. ſ. de pig. act. Adde ꝙ non tantum committit furtum vendens rē alienā scienter, sed ēt emens, vt l. si liberā, C. qđ cum eo. Et ad istam l. vide omnino gl. no. in l. item si es ſ. de ali. iud mut. cā fa. & adde Bar. in l. 2. ſ. de pig. act. & ibi dixi post eum.

c Ale. ¶C. ad Vellei. E Bal. in l. fi. C. si res alie. pig. da. sit.

LEX XXXIII.

☞**Qui tabernas.** *In dubio vr̃ qs vendere ius, qđ hēt in re. Tene menti, quia bona lex est ista. Ex lege ista colligunt qdā argm̃, ꝙ licet ecclesia, q̃ est locus sacer, vel cemiterium, qui est locus religiosus nō possit pscribi, vt Inst. de vsuc. §. sed aliqñ pt tñ qs pscribere locū in ecclesia, in quo sedeat, vel in cemiterio locū, in quo sepeliat, p hoc C. de lega. l. monumēta. de relig. l. monumentorū. p hoc gl. ſ. de ijs, q no. infa. l. athletas. sup verbo, designatores. & in simili C. de offic. magi. officio. l. iubemus. & ĵ. de diuers. & tēp. pscl. l. si quis q̃. Itē no. ꝙ ad priuatum pt ptinere vsus rei ptinentis iure pprietatis ad rēpublicā. Quod facit p hominib. ciuitatis, habētib. in fossatis publicis, vel alibi hortos p rēpublicā, vt à tali vsu non debeant repelli, pro hoc l. turres. C. de oper. pub. cū ibi no. In tex. ibi, publicæ sint, &c. subaudi, qa licet de authoritate principis ego ædificauerim istas tabernas ī solo publico: vel forte fecerim aliud ædificiū in solo publico, istud ædificiū non est meū. Nec ibi hēo nisi solū vsum, & iō vēdēdo, videor solū vsum vendere, & hæc habentur p gl. ĵ. de dam. infe. l. fluminū. ibi, sed opponit

LEX XXXIIII.

1 *Dissensus circa accessoria non vitiat contractum.*

2 *Principale inspicitur, & non accessorium, licet accessorium sit maioris valoris.*

3 *Permuto si librum meum cum tuo, hoc acto, ꝙ vltra debeas decem, an sit emptio.*

a **Si in emptione.** a Dissensus† circa accessoria c̃tum nō
1 vitiat: & in dubio fit interpretatio c̃ cre
2 ditorem. ¶No. ꝙ dixi in summario. Vlt. no. istum ver. nec refert† ꝙ inspicimus qđ est principale: licet accessoriū sit maioris valoris: &
b facit b iste tex. ad q. † fuit actū c ꝙ permutarē Codicē meum cum
3 tuo Digesto, hoc acto ꝙ dēres mihi dare vltra viginti, eritne hic
c emptio, an pmutatio? Certè inspicit, qđ est principale, vt hic. Facit ſ. depositi. l. j. §. ꝙ si rē. & l. si procuratorem. in prin. ſ. mand. &c.

ADDITIONES.

a Ale. ¶Si in emptione. Et ad hanc legem hic in emptione, vide gl. & Bar. in l. ab emptione. & vide Ang. post gl. & Bar. in l. veterib. ſ. de pac. ergo incertitudo circa accessoria, non vitiat. vide Pau. de Gastr. consf. 336. vbi loquitur in sententia.

b Pom. ¶Et facit. Vide Barb. consf. 55. vol. 5. & vide pulchrum exemplum per Ale. consf. 119. versf. quod autem. vol. 5. vbi dicit quod in quolibet contractu magis principale attēditur.

c Ale. ¶Fuit actum. Vide Bar. in l. Arist. in prin. de don. & vide Bar. in l. j. ĵ. de re. permu. Vide Bal. in proœ. feud. & in l. j. C. de rer. permu. & Ang. in l. quæritur. ſ. de stat. ho. & Bald. in dictis præludijs, addit vnum notabile, quod verbum perficit doctrinam Bart. hic, licet de Bar. mentionem non faciat, quid si species, & quantitas sunt eiusdem pretij, quis erit iste contractus? & dic quod erit emptio, & sic contractus iurisgentium.

1 *Alienatio potest per statutum prohiberi.*

1
a **§. Omnium rerum.** Not.† quod per statutū a potest alienatio b prohiberi. facit l. in
b quorum. ĵ. de pig. dixi in l. filiusfa. §. diu. de leg. j.

ADDITIONES.

a Ale. ¶Statutum. Vide quæ dixi in l. si in emptione, de act. emp. in fi. istius apostilæ, in §. j.

b Alex. ¶Alienatio. Iste §. probat, in ver. vel mores ciuitatis. quod ciuitas potest statuere, ꝙ aliquæ res vendantur vel alienentur. Nam si morib. ciuitatis potest induci, ꝙ res non vendantur, ergo eodem modo potest ciuitas statuere ꝙ res vendantur, istud probatur ex notabili inductione, quam fecit Ang. in l. captorias. in ver. senatus improbauit. de hær. inst. per illum tex. & Bal. in l. morib. per il um tex. ff. de vol. & pup. per Ang. in l. cum prætor. per illum tex. in ver. moribus fœminæ. ff. de iudi. & vult Bar. in l. venditor. §. si constat. ſ. communia prædio.

§. Hominem liberum. Not. gl. aliter vr̃ notari. ĵ. de vsucap. l. si is, qui pro emptore. §. fi. &c.

1 *Emptio in dubio videtur facta ratione dominij, non autem possessionis.*

2 *Emptio rei suæ sicut non valet ratione dominij, ita nec ratione possessionis.*

3 *Vendens ratione possessionis debet præstare se esse potiorem in possessione.*

a
1 **§. Rei suæ.** a No. istū tex. ad tria. † Primò ꝙ rē emendo quis vr̃ in dubio emere rōne dn̄ij: nisi appareat, ꝙ rōne possessiōis expresse agat. De hoc dixi in l. si aliquā rē. ĵ. de acq.
2 pos. ¶†Scd̃o no. ꝙ sicut non valet emptio rei suæ rōne dn̄ij, ita nō valet rōne possessionis, qñ p aliquod interdictū possem possessio-
3 nē aduocare, vt hic ibi, & in iudicio possessionis potior ē. ¶†Tertiò no. ꝙ ille, qui vendit rē rōne possessionis dēt pstare se esse potiorem in possessione, sicut ille qui vēdit iure creditoris, debet præstare se esse potiorē creditorem. C. credi. euic. pig. nō dē. l. j. & ij.

ADDITIO.

a Parif. ¶Rei suæ. Quod non valeat emptio rei suæ, etiam scienter facta, nec præiudicet aliquid dn̄o. vide Ale. consf. 4. vol. 4. habes ad Bar. in l. si rem aliquā. de acq. pos. & emptor soluens pretium rei suæ scienter, non potest repetere, vt dicit tex. in l. rei suæ. ſ. circa qđ vide ꝙ dicit Ale. in d. l. si rem aliquam. ad finem. ꝙ ex neutra valet Contrarium dicit Bar. in l. multum. ff. de ver. ob. Quid autem si res nō esset sua, sed postea efficeretur ex cā, quæ trahitur retro, puta hæreditas, vide Ale. in l. 2. C. de pet. hære.

1 *Executores non possunt emere res, quas ex officio vendunt.*

a
1 **§. Tutor.** a No. ꝙ executores non pn̄t emere de reb. quas debent vendere ex officio. †Contra, de l. cum ipse. C.
☞e. Doc. soluūt ꝙ pt palā, & bona fide, nō clā, &c. *¶Ergo in hoc resident doctores, ꝙ tutor pt emere palā, & publicè. Sed quō istu pt stare: qa rei pupilli non valet alienatio sine authoritate tutoris. l. qcūq;. §. q à pupillo. ſ. de pub. in rē act. Sed iste in re sua authorare nō pōt. nec palam, & bona fide poterit emere. Sed dic, ꝙ in hoc casu tutor fungitur vice duorum: qm̃ emit, vt psona priuata, & authoratur, vt tutor, & persona publica: de quo per Cy. in l. cum ipse. ☞C. e. iunctis notatis per me ſ. de adop. l. si consul.*

ADDITIO.

a Ale. ¶Tutor. Vide in auth. quibuscunque. C. de sac. san. eccl. & ad istum tex. & ad hic no. vide plene per Bar. in l. cum ipse. C. eo. ti.

Pom. ¶Limita, vt per Mod. & Lancel in l. singularia. 3. specia. ff. si cer. pe. Ro. consf. 109.

LEX XXXV.

a **Quod sæpe.** a Glo. q̃rit aliqua hic, de quib. vide C. de fide instr. l. contractus. Dic vt ibi &c.

ADDITIO.

a Parif ¶Qđ sæpe. Circa intellectū §. si qs amico, vide Are. oīno in l. j. in prin. ff. de ver. obl.

a **§. Illud constat.** a Non, valet venditio si ptij q̃titas in emptoris voluntatem, vel arbitrium conferatur. ¶Op. de l. hæc venditio. ſ. e. sol. ibi non ponitur in arbitriū c̃hentis aliquid de substantialib. c̃ctūs: hic secus. quod plene dic vt
† l. in persona. §. generaliter. ĵ. de re. iu. C. e. l. in vendentis.†

ADDITIONES.

a Ale. ¶Illud constat. Per istum §. & §. pretium. Inst. de emp. & ven. & per tex. in l. si voluntate. C. de rescin. ven. & per l. fi. C. de contrah. emp. Et alias consului, ꝙ non possit dari actio ex empto, & vendito, si conuentio non fuit facta de certo pretio, vel postea certificando. Et exemplum, quia dicitur post contractum immediate venditor emptori, si videbitur tibi malefecisse, facias tu, ꝙ des mihi pecuniam, quam mihi promisisti soluere in alia septimana, & ego sum contentus ꝙ nihil sit factum. Cum. n. oporteat emptorem antequā cum effectu agere possit actione ex empto offerre pretium debitum, & conuentum l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp. Læddes ēt. ff. de ædil. edic. ergo cum non constet per prædicta verba, ꝙ pretium sit centum ducatorum, non potest dici perfecta venditio. bene facit ꝙ no. Iac. de Ra. & Ray. in l. j. C. de contrah. & comi. stip. vbi dixit, ꝙ si producitur instrumentum emptionis factum per tertium à tali prælato de tali re, si in tali instrumento nō continetur certum pretium, per tale instrumentum non probatur titulus, nec præsumere tur vēditionē factā fuisse pro iusto pretio, seu pro aliquo determinato pretio, nā nō præsumitur solemnitas materialis ꝙ nonsit vniforme dictum pretium, & sic non est idem ꝙ in solemnitate formali, vt no. Bar. in l. sciendū. de ver. ob. in princ. & dato ꝙ vbi tale instrumentum tantum, vel similis probatio facta per testes deponentes de venditione, non de pretio certo, producerentur, nō cōtra vēditorē, sed cōtra tertium possessorem, esset dicēdū an standū esset tali probōni, & no. per Bal in l. j. C. de reb. alie. no. al. e. & p Cy. in d. l. j. C. de contrah. & com. stip. quasi non possit iste contra quē producitur opponere de iure tertij. Tñ qñ pducitur cōtra venditorem q nō cōfitetur sibi esse satisfactum de pretio, tunc non negat, ꝙ oportet esse probatum de pretio certo, vt ipse possit cum effectu agere. vt ēt in terminis voluit Raph. Cu. in d. l. sciendum. & Ful. & Pau. de Cast. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. de iureiu. & est de mente Ray. d. l. j. de contrah. & com. stip. & patet ex allegatis ſ. ista. n. verba in casu nostro, potius denotant tractatum verborum, q̃ perfectum esse contractum, & multa tractantur quæ non perficiuntur. l. si ex ea. §. nunc videndum. in fi. de min. d. l. si volūtate. & l. sciēdum. §. dictum. ff. de ędi. edi. & in c. dudum. de re. eccl. non alien. in 6. Et his verbis per allegata iura vitur Bal. in l. multum. C. si quis alteri, vel sibi. & in l. cum allegas. C. de vsur. & in l. si qs cū aliter. de ver. obl. & nō sufficeret apparere in gn̄e, ꝙ cōtractus fuerit firmatus nisi appareat ꝙ pretium fuerit certū & limitatum, & de illo satisfiet vēditori. d. §. offerri. in tm̄, ꝙ si testes deponētes sup pretio deponerent vnus de minori, alius de maiori summa, nō pp hoc dicitur minor summa pretiū certū, tāq in maiori insit minor: vt videantur testes concordes, iuxta l. diē pferre. §. si plures: de arb. l. §. si stipulāti. de ver. ob. c. j. de arb. in 6. & illud nō vendicat sibi locum in cōtractu facto ex cā onerosa. l. si decē. ff. loca. & no. in d. §. si stipulāti. Et ꝙ sine expressione certi pretij non possit confici instrumentum validum: no Ia. de Rau. in l. j. C. de cōtrah. & com. stip. vt refert ibi Cy. et sequitur ibi ēt Ray. qui ēt dicit ita tenuisse Petr. et testes qui deponunt super tali pretio si vnus diceret, ꝙ vendidit pro decem, et alius etiam diceret ꝙ vendidit pro decem: sed erant in discordia in repetitione pretij, non probarent. Idem si dicerem, ꝙ erant in differentia. Hæc faciunt no. per Ioan. And. in c. in nostra. de testib. dū tractat ꝙ si vnus testis contradiceret vni alteri neutrius dictum valet: nisi alter testis forte in tm̄ esset dignior: ꝙ prouocet forte iudicem ad deferendum secundum formam l. in bonæfidei. de iureiu. Addē Ro. consf. 91. et Pau. de Ca. consf. 132.

† Clau. ¶Vendentis. Et quid in donatione, vel stipulatione, eo modo, Promitto quicquid vel quantum volueris. Vide Bar. in l. à Titio. §. fi. de ver. obl.

a **In iis** a **quæ.** In ijs q̃ vendunt vt spēs, periculū est emptoris incontinenti: in ijs, q̃ venduntur vt pondus, numerus, vel mensura, ē piculū emptoris, cū distinctione q̃ hic habetur. ¶Quæro, qđ in reb. immobilib. vt puta vēdo tibi fundū ad mēsurā, vtrū videatur c̃donalis vēdō? Rn̄ ꝙ sic, vt l. si in vendōne. §. j. & ☞ibi no. ĵ. de pic. & cō. rei vēd. de ac. emp. & vē. l. Iulianus. §. Titius.*

ADDITIO.

a Parif. ¶In ijs. Inquantum dicitur hic, ꝙ non habetur venditio pro perfecta: nisi facta mēsura: amplia etia m, vt procedat in bonis mobilib. vide Bar. consf. 118.

Ale. ¶In principio huius §. intelligitur per Bar. in l. Iulianus. §. si Titius. de act. empt. et vide Bal. in l cum conuenit. C. de pericu. et com. rei ven. an aūt quo ad translationem dn̄ij, & alios effectus ante mensurationem: dicatur perfecta venditio? vide Sal. et Ang. in l. 2. C. de pericu. et com. rei ven. post gl. vbi videtur tenere, ꝙ sic.

LEX XXXVI.

1 *Relatiuum appositum verbo futuri temporis, an faciat conditionem.*

Si quis

Si quis fundum a Not. † φ relatiuum appositum verbo futuri temporis, facit conditionẽ, vt l. Stichum qui meus erit. j. de le. j. Quid de relatiuo q̃titatis? Certè idem, de quo in l. j. j. de cond. & demon.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Si quis fundum. Vide Bar. in l. si diuortio. j. de ver. obl. vbi loquitur de relatiuo quantitatis.

LEX XXXVII.

1 *Verba illa quæ in instr̃is ponuntur, quòd si plus valet, donat, quid operantur.*

a 1 Si quis donationis. a Per hanc legem dñt qdã, † φ si in instr̃o ponuntur ista verba, & qđ plus valet, dedit, & donauit pro bonis seruitijs, & meritis, φ tunc non habeat locũ bñficiũ l. 2. C. de resc. vẽ. ita vr̃ tenere Azo ĩ sũma illius ti. ego aliter dixi in l. si quis cum aliter. j. de ver. ob. & in d. l. 2.

ADDITIO.

a Ale. ¶Lucius. Limita hanc regulam in vno ex hæredib. debitoris volente partem soluere. l. si testamẽto, §. ꝙ si duo, ĵ. de fideiu. no. in l. ii. §. ex his, de ver. ob. Quid autem in vno ex plurib. fideiussorib. vide gl. in l. in his, §. 1. ĵ. de sol. ad quod Ro. in l. legẽ. C. de nat. lib.

Pom. ¶Limita septem modis, vt per Ale. in l. quidam existimauerunt, ff. si cer. pet. Boso. in reper. §. Cato. 45. q. ff. de verb. ob. Matth. not. 83. tex. in l. si constat. C. de Compen.

De nautico fenore. Rubrica.

a Fœnerator a Perẽpta obligatione principali, frustra quæritur hypothecaria. h. d.

ADDITIO.

a Poma. ¶Fœnerator. Vel nisi quis promisisset se soluturum in pluribus locis copulatiue, quia summa diuideretur tunc pro rata. tex. est, & Bart. ibi. l. non vtique, §. si quis, s̃. de eo, quod certo loco.

a De probationibus, a & præsumptionibus. Rub.

ADDITIO.

a Paris. ¶De probationib. Quæ propriè dicatur pbatio, vide Barb. in rep. rub. de fid. instr. Fel. in rub. extra de prob. itẽ vide, quæ dicatur legitima probatio, quæ habes in Berta. in verbo probatio p iuramentum. vbi addidi. & in repe. rub. de fid. inst. vide p quosdã mod.

Clau. ¶Vnum no. quòd appellatione probationis intelligitur de plena probatione, vt vult Bart. in l. ait prætor, §. fi. in vlt. q. ĵ. de re iud de quo ibi, & per Alex. vide plenius per eum in l. licet Imperator, ĵ. de leg. j.

¶Dictum est s̃. de varijs & diuersis actionib. verum quia in eis requiruntur probationes; ideo ponitur hic titulus de probat. & quia præsumptio multum operatur circa probationem, ideo de præsumptionibus hic dicitur. de quo dic vt in gl. quam vide.

LEX PRIMA.

1 *Genus intelligitur de parentela.*

Genus accipitur de numero liberorum.

Liberos habens quatuor dicitur habere gentem.

2 *Statutum puniens coadunantem gentem comprehendit coadunantem quatuor homines.*

3 *Populi appellatio in quo verificetur.*

4 *Gentis appellatio latior est quàm appellatio generis.*

a Quoties. a Quæro q̃ est dña inter genus, & gentem? gl. dat triplicem expõnẽ, sed duæ vltime tendunt ad idẽ. Et primò dic † ꝙ genus accipitur pro parentela. Cum aũt dico gentẽ, accipitur p numero liberorũ Vñ qui hẽt quatuor liberos, dr̃ hr̃e gentẽ. vnde excusat à tutela in Italia, qđ no. Vidi. n. † multum dubitari in ista terra dicebat statutũ, si quis coadunauerit gentẽ, q̃ritur mõ de quot hoib. verificet ista appell'o? & ista lex † facit ꝙ verificet in quatuor hoib. b fm istã lect. Sed tex. Inst. de iur̃ nãli. §. oẽs populi. vr̃ accipere p eodẽ gẽtẽ & populũ. In † quot aũt verificet ista appellatio populus, dic vt in c. j. ex. de ele. Dixi plenè in l. fi. §. j. ĵ. vi bo. rap. † Sed fm c aliã lect. not. ꝙ latius sumitur appellatio gentis, quam gñis, quia genus d accipitur pro agnatione, gens pro agnatione, & cognatione.

ADDITIONES.

a Ale. ¶Quoties. Adde ꝙ Bal. de pa. Const. in §. nomina. ver. dicit si aliquis habitat in aliqua ciuitate, & negetur esse de natione eius ciuitatis, ꝙ ille probare debet habuisse se originem in illa ciuitate. allegat hanc l. secundum vnam lec. & dicit se hic dixisse.

† Clau. ¶Ista lex. Quot modis sumatur vocabulum, genus, Bal. in l. j. §. fi. s̃. de iust. & iur.

b ¶Hominibus. Aliter videtur loqui ipse Bal. in alleg. l. prætor, la ij. ff. vi bon. rap. Pro concordantia vide concor. 302. incip. fiunt statuta per Italiam.

c Alex. ¶Secundum. Vide per Imo. in l. ex facto, §. si quis rogatus ĵ. ad Treb.

d Pom. ¶Quia genus. Vide Bart cons. 57. vol. 2, in j. col & cons. 14. vol. 2. Alex. l. ex facto. §. si quis rogatus, ff. ad Treb Et qualiter quis probetur esse de ascendentibus de Agnatione, vide Aret. cons. 738. in 2. dubio.

LEX

LEX II.

1 *Probandi onus dicenti incumbit, nisi sit præsumptio pro eodem.*
2 *Neganti quando incumbat onus probandi.*
3 *Omnis oratio priuatiua dicitur negatiua.*

1 Ei incumbit. No.† primò q ei q̄ dicit, incūbit onus ꝓbā
di. Sed ꝯ.de don.inter vi.& vxo.l ēt.& j̄.de
do.inter vi.& vxo.l. Quintus. j̄.eo.l.si pactū.cū si. Sol. hæc reg.est
bona, nisi p̄sumptio sit ꝓ dicēte, ita q trāsferat onus ꝓbādi in ad-
† uersarium,† vt in ꝯriis:& sic expeditā habes primā regulā. Venia
mus ad secūdā, dr̄ hic, q ei q negat no incūbit onus ꝓbādi. Op. q
2 † negatiua ꝓbetur, vt C.de codi.l.nec codicillos. Sol. ibi negatiua
hēt in se affirmatiuā implicitā, qa cū dico, quē nō esse sanę mētis,
3 tūc implico eū esse furiosum. Ista gl. nō dicit verū. Oīs †.n.oro dr̄
negatiua q̄ est priuatiua, vt l.fin.in fi.& ibi no.in fi.vlt.gl. j̄.de doli
exce.l.inter stipulātē.in prin. j̄.de ver.ob. Vn̄ cū dico aliquē furio-
sū, dico eū nō esse sanę mētis. Vn̄ p q̄cunq; verba hoc dicā, signi-
ficāt priuationē.eo.mō, si dico aliquē nō viuere, vel aliquē mor-
a tuū eē, idē est. Et iō ad solonē ꝯrij, dic, q ibi negat q̄dā qualitas
nālis, q̄ ſm nām adeē p̄sumitur, iō negāti incūbit onus ꝓbādi. gl.
assignat plura ꝯria. Vlt.in ista mā de negatiua distingue plenius q̄
alibi, vt examinat Cy.in l.actor.C.eo.tit.& dic vt ibi plenè per eū.

ADDITIONES.

† Clau. ¶ Aduersariū. Intellige tn̄ hāc limitationē, vt no.idē Bar.in l.cū de indebito. j̄. eo.
a Paris. Et iō. Ad solutionē cōtrarij, alias soluit Imo.in l.in illa stipulatione, si Calendis. j̄. de verbo.obliga.

LEX III.

Cum tacitum. Tacitū fideicōmissum ēt in scdo testa-
mēto intelligitur repertum.h.d.

LEX V.

a Ab ea parte. a In negatiua iuris ei q negat incūbit ꝓbatio.
h.d. Circa primam partē debes scire, q̄ q̄dam
est negatiua iuris q̄ nullā habet misturā facti, q̄dam est q̄ habet a-
liquā facti misturā. Primo casu ei incūbit ꝓbō, hoc est p apturam
libri. Scdo casu, vt si dico, q nō pōt esse ꝓcurator, vel aduocatus,
qa infamis, qa ꝯdemnatus de tali crimine, certè illud factū, q sis ꝯ-
demnatus, debeo probare, & hoc modo intelligatur secūda pars.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Ab ea parte. De materia an & qn̄ onus ꝓbādi incūbat actori vel reo vide Fel.in c.ex litis.extra.de ꝓba. itē vide Pau.de Elea.in 6.q inci.laico, repetēte. vbi ponit si statutū dicat, q n̄ credat isto, nisi sit rḡistratū, q icūbit reo negāti on⁹ ꝓbādi, q sit registratū.

LEX VI.

1 *Manifestum, dicitur quando probantur indicia sufficientia ad dolum.*
2 *Fraus præsumitur quando quis alienat totum.*

1 Patronum. No. hic† q̄d dicatur manifestè: nā dr̄ manifestè
qn̄ ꝓbātur indicia sufficiētia ad dolū.l.dolum.
2 C.de dol. ¶ Itē no.† istā gl. q̄ dicit, q si totū alienauit p̄sumit fraus
loqtur indistinctè ex omni alienatione.l.oēs.§.Lucius. j̄.q̄ in frau.
cre. loqtur solū in donatiōe. Pro hoc facit q̄d no.in l.q̄ testm̄. j̄.e.

LEX XIIII.

1 *Probare debet qui non est in possessione illius iuris quod asserit.*
2 *Probationis onus reus potest in se assumere.*
3 *Clausula non se astringens ad probandum nisi ea, &c. quid operetur.*

a Circa. a No. q ei incūbit onus ꝓbādi b,† q nō est in quasi pos
b sessione illius iuris q̄d asserit. Q̄d est verū in istis iurib.
1 p̄sonalib. secus in iurib. realib. vt l.sicuti.§.sed si q̄ratur. j̄.si ser.ven.
2 ¶ Scdo no.† q reus pt in se assumere onus ꝓbationis. q̄d gl. intel
c ligit gn̄alr in quacūq; cā. Querit gl. c q̄d si reus q assūpsit in se on⁹
d ꝓbādi nō ꝓbat, an sn̄ia sibi p̄iudicat, ac si ageret. d Dicit gl. q n̄. q̄d
tene mēti. de hac q & de aliis vide plenè p Cy. C.e.l.actor. hodie
3 tn̄ sp,† vt istæ dubietates effugiātur, apponitur in fine articulorū
clausula ista, nō astringēs se ad oīa ꝓbāda, sed ad ea tm̄, q̄ sibi suffi-
ciāt ad victoriā suæ causæ, de hoc dixi plenè in l.diuus. j̄.de re iud.

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Circa. Qn̄ quasi possessio releuet quē ab onere ꝓbādi, dic latissimè p Bar.in l.si prius.de ope.no nun.in ver.3.ad istud op. q in aliqb. vsque ad ver.6.op.& quod ibi dixi
Poma. ¶ Vide doct & ibi Alex.in l.si prius ff.de ope no nun.
Clau. ¶ Quia gl. hic dicit debere pręferri actorem, si vterque velit probare, quid si vterque offert positiones, quib. primò erit respondēdum, vide Spe.in ti. depositi.§.quarto. ver.hoc quoque.& ibi Bald.ver.si positio.
b ¶ Onus probandi. Vide Fel.in c.cum causam.in prin.de re iud.& c.j.de rescrip.
c Ale. Quærit gl. Vide Inst.de act.1.& omnino Bal in l.frustra.C.e.§.& idem tenet glo.in c.insinuatione.extra.de procur. Vide tamen Bal.in l.qui accusare.C.de eden.& sequitur Bal.in l.j.C.si aduersus credito.& cont. gl.hic in ver.item quęro an in omni,&c. vide omnino bal.in l.cum P. pinianus.C.de sen.facit ad ea quæ dixi post bar. in l.ij §.si publico.de adul. Et ad gl. dic de ast. ingente se,&c.adde aliam glo.in l.si. C.de fal.
Clau. ¶ Quid aūt si de iure suo probauit, nec tamen petiit sentētiam ꝓ se pronunciari, vide Ale.in l.Pōponius §.iussu.de ac.pos.& ad materiā vide Fel.in c. cum causa.de re iu,
d Paris. ¶ Ac si ageret. Vide Fel.in c.licet causam.ver.x.& vltimo.extra de prob.

LEX XXV.

1 *Præsumptio in specie tollit præsumptionem in genere.*
2 *Exceptiones duę cōtrarię p̄nt opponi in eod. iudicio, licet grauetur onere ꝓbādi.*
3 *Inquisitus de homicidio si negat se occidisse, & si appareat q occiderit, si dicit q fecit ad sui defensionem auditur.*

4 *Indebitum qui soluit, quid debeat probare.*
5 *Ignorantia in facto proprio præsumitur, quādo quis certat de damno vitando.*

a Cum de indebito. a Not. ex hac lege primò, q p̄sum-
ptio ī gn̄e, tollit p̄sumptionē in
spē: nam hoc est præsumptio in gn̄e, q ille q soluit, debitū soluit.
quæ præsumptio tollitur per presumptionē in spē, q̄ resultat ex p
sona eius cui soluit vt in principio huius legis vel ex p̄sona soluē
b tis b vt in minore, muliere, vel rustico, vt ī. e.l. versi. si aūt. Si se. s̄.
d ī iterest.l.diu⁹.& sic vides q ille releuat ab onere ꝓbandi, q hēt
1 p se p̄sūptionē in spē. Scdò no. casū† p opi. qu orūdā in l.nemo. j̄.
de exce. q duę exce. ꝯriæ p̄nt proponi in eodē iudicio, reprobata
c opi. Dy. in c. null⁹ plurib de re.iu.li.vj. Nā vides c hic q primo nega-
uit sibi solutū: & ista erat vna defensio, postea ꝯfitet. & dicit sibi
† deb tū eē solutū. certè audit, sed onere ꝓbādi† grauat. † Nec d ob
2 stat auth. ꝯ q ꝓpriā C.de nō nu.pe. īmo illa facit ꝓ q a audit ibi ve
d niēs ꝯ ꝯfessionē. licet grauet in aliquo. Et ex† hoc pluries dixi e in
3 q.de facto. Aliqs negauit se occidisse hoīem postea vult dicere se
e occidisse ad sui defensionē, certè dēt audiri, tū sibi incūbit onus
f ꝓbādi, nō tn̄ grauatur adeo, qn audiat. Casus est hic in prin. Ter-
g tiō; no. q ille, q soluit† indebitū, dēt ꝓbare duo. s. indebitū esse, &
4 se per errorē soluisse, Sed gl. hic dicit q eo ipso, q ꝓbat indebitū.
5 p̄sumitur ignorantia, quod no. quia etiam† in facto proprio præ
sumitur ignorantia, quando quis certat de damno vitando. l. sed
& si me putem.in prin. s̄.de cond.ind. De quo videtur casus. C. de
iu.& fac. igno.l.si post diuisionem. dixi in l. non fatetur. j̄.de ꝯfes.

ADDITIONES.

a Pari. ¶ Cum de indebito. Pro declaratiōe huius l. quis debeat ꝓbare indebitū, vide Ale. de quo scripsi ad Bar.in rub.ff.de cōd.ind.in cōs.83, in j.vol.& ibi ēt ponit q̄d si cōuentus nō negauit,& plura alia, maxime qn̄ ꝓbari possit negatiua q nō sit debitum. Item ad intellectū huius l. vide Ias.in l. Iulian. verum debitorē de cōd.ind.& vide in materia Barb.in c.si is qui.col.j.extra de sol.& quomodo probare debeat indebitum, vide Pa. de Ca.cons.135.& pro declaratione huius l. vide eundem Pau.cōs.80. Et vide vnum singulare, quod ponit Comē.con.60.incip.creditur. libris pp præsumptionē istius l. quòd nemo pręsumit indebitum soluere, iuncta quadā alia p̄sumptione, de qua ibi per eum & quòd facilius pręsumatur donatio in vlti. voluntate, quā inter viuos, vide Co.cōs.31. inci.testōr testō dicit & protestatus fuit ad finē. In contrarium vide tex.in §.peculium. Inst.de le.& in l.j.C.de pecu.eius qui li.met.vb. si manumittatur seruus inter viuos pręsumitur sibi donatum, & cōcessum peculium, secus si in vlti.volun. vide ibi gl. & doct. & cogita an rō gl. ibi sit bona, quia potius illo casu præsumitur donatio inter viuos. Et vide rōnē qua mouetur Comē. in d.cons. Item circa istam materiam, an q̄s p̄sumatur donare & iactare suum, vide quę hēs post Bar.in l.ij.§.circa.ff.de exce.do. Et dū dici solet, q potius presumitur fatuitas, q̄ donō secundum Bal.in l.generaliter, C.de nō nu.pe. adde q potius præsumitur delictū, q̄ donō, vide Abb.in c.ecclesia, el 2.extra, vt li. pen. in vlt.col.per ea q̄ not.in l.Labeo, cū seq.ff.de pac. Adde ēt q quęlibet alia præsumptio excludit istā præsumptionē donōnis, ēt si actus inualidus redderetur. ita Ias.in l. si non fortē,§.j.ff.de cō d.ind. Itē circa illud q̄d dicitur hic de ꝓmissione sine causa, adde q si testes producti ad ꝓbādū promissionē sine cā, dicāt se nō recordari q̄s cōtractus fuerit factus nec qualiter, sed bn̄ scire q nō fuit expressa aliqua cā, satis probāt, vide Fel. in c.sicut, de re iud. An aūt requiratur cā spālis,& certa, an vero sufficiat gn̄alis, puta ex cā vēditionis, vide Pau.de Ca.& Ang.in l.generaliter.post Bar.C. de non nu. pec.& alia quæ habes ad Bar.in l.ij.§.circa, de exce.doli, vide Ale.consi.4.vol.j.
Ale. ¶ Cū de indebito. Et circa istā l.in ver.si aūt pro parte, an cogatur agnoscens partē, soluere residuū, vide Bal. q sic in l.si cū fidē, de non nū. pe. Et per hanc l. pōt decidi qō. Quid si venditor neget se vendidisse, postea conuictus opponit exceptionem pretij non soluti, an audiatur? de quo per Bal.in l.per hanc. C. de temp.app.& dū hic habetur cui incumbat onus probādi, solutū fuisse debitū &c. vide gl.not.& q ibi Bal.in l.ij.C.de dona.ante nupt.& Imo.qui hanc l. declarat in l.à Titio.de verb.obli.
Pom. ¶ Ad intellectū huius l. vide Ale.cō.88.vol.iij.& Ro.cons.219. Ale.consi.119.vol.iij. & not. q hoc est adeo verum, q quis non præsumitur iactare suū,& renūciare iuri suo, q ēt per actū cōtrariū ex interuallo fcm̄ n̄ vr̄ primo renūciare. Ita Ale.cōs.27. vol.iij.& cons.111.vol.iij.& no.ad istā l. q potius præsumitur error iuris, quam donatio. Ale.cons. 80.vol.iij. Are.cōs.35. Ale.cons.33.vol.iij. vbi facit, q in dubio non præsumitur quem renunciasse iuri suo, seu priuilegio,& q capiēda est oīs coniectura potius q̄ renunciatio. Vide eū cōs.144.vol.v. vbi dicit, q promittens reddere rōnē administratorum,& reliquorum. i. assumptionem tutelæ, non videtur renunciare legato de prædictis facto
b Ale. ¶ Soluentis. Vide q ad propositum de muliere & rustico scripsi post Bar.in l.fi.C. de iu.& fa.ign.& quod no, in l cum de in rem verso.de vsu. & adde quòd ibi mulier, & rusticus excusantur in iure, illud fallit, nisi actum facerent clam, secundum Bald.per gl. in l.j.C.de interdi.mat.& ibi no.Bal.
c Pom. ¶ Vides hic Vide Ale.in l.si prius, in fi.ff.de no.ope nunci.& cons.62.vol.3.& cōs. 77.vol.j.& tex.& ibi Pan.in c.literas & scribentes.de præsump.
Clau. ¶ Probandi. Qualiter istud intelligatur, & an,& quæ, & quando negatio possit reuocari,& an sufficiat procuratorem negasse, vide Ale.cons.83. vol.j.
d Ale. ¶ Nec ob.auth, Et ibi vide Bal.& quæ scripsi in l.etiam.§ licet, sol.mat.
e Pom ¶ Dixi. Vide Fel.in c.pastoralis, de excep. Ias.in l.j.C.de furt. Pan.in c.is, qui.& ibi in addi.de solut.
f Ale. ¶ Aliquis negauit. Bar.in auth.cōtra qui ꝓpriā. C.de non nu.pec. sed quid si cōfitet à princip. se occidisse, subdēs, q fecit ad sui defensionē, an inuetur sine alia ꝓbatione vide tex.& ibi hēoin apostil.antiqua, in l.si filius,§.exceptionib, s̄.de inter.acti. Adde Bal. in c.j.§.item vasallus, el j de contro.inue. vbi ad hoc posui duo no.dicta, quæ omnino vide.& maximè scd̄m dictum. Et ad qōnem Bar. hic vide Io.an.in merc.in regula, nullus plurib. Faciunt no.per doc.in l.nemo. j̄.de exce.in l.nō vtique, eo.tit. Et quid si in vno contextu facta est hæc responsio, dico me occidisse, sed ad mei defensionem, vide Bar.in cons.9.q̄d incip.q̄dā accusatus de homicidio cōparēs,&c. Bal.in l.j.C. de cōfes. post Cy. Arch.in c.j de confes.in vj.& Bal.in add.Sp. in ti.de confes. vbi tenet idem q in d.l.j.& idē no. Bal.& Sal.in l.iubemus.C.de app.& in l.j.C.de edi.di.Adr. alias de edi.act.& dū s̄. allegaui Bal in d.§.itē vasallus, ibi pōderat multum tex.in c.dilecto.de accu.quē et.ā pōderauit in d.auth.cōtra q ꝓpriā. Adde Bal.cons.245.2.lib. vbi ponit de eo, qui fuit accusatus, q̄d fraudauit gabellam,& ipse rn̄dit se extraxisse merces secūdū cum licentia datiarij, inci.dauanti à voi.& vide Bar.228.inci.Catharina accusauit.
g Ale. ¶ Tertio no.&c. Per Bar.in l.non fatetur, s̄.de confes.
Pom. ¶ Vide Ale.cons.84 vol.j.& cons.164.vol.5. vbi dicit hanc glo. procedere non solum in sciente, sed etiam in permittente.

1 *Promiſſioni factæ ſine cauſa quando ſtetur.*
2 *Probatio contra promiſſionem in ſcriptis factam non admittitur, niſi per contrariam ſcripturam.*

a §. Sed hoc. a Not. ꝙ † promiſſioni factæ ſine cã non ſtatur.
1 Quod intelligunt qdam in promiſſione ſimplici non continente ſtipulationem. alias illa promiſſio haberet vim
b donationis. l. Campanus. ĵ. de ope. lib. b qđ examinatur per Cy. in l. generaliter. C. de non nu. pe. Ego examinaui in l. 2. §. circa. ĵ. de do
2 li exce. Secundò no. † ꝙ ꝯ promiſſionem factam in ſcriptis non admittitur probatio, niſi ꝑ contrariam ſcripturam: ſecus, ſi confeſſio fuerit facta ſine ſcriptis. De quo plenè ĩ d. l. gñaliter. C. de nõ nu. pe.

ADDITIONES.

a Ale. Sed hoc. Vide Bar. latius in l. nuda ratio. per totum. ĵ. de don.
Pom. ¶ Declara vt per Barb. conſ. 25. vol. j. Ale. in l. diuortio. j. col. ff. de ver. obli. & conſ. 41. vol. j. & conſ. 53. & conſ. 84. eo. volu. j. vbi dat pulchra exempla, quando confeſſio dicatur continere caſum. & conſ. 171. vol. 2. vbi ponit de ſcriptura continente rationes ſine cauſa, vel cum cauſa, ſed obſcura, & conſ. 9. vol. 5. Pariſ. Vide per Feli. in c. ſi cautio, extra de fid. inſtr. vbi ponit 16. limitatio. vide vnam deciſ. relatam ꝑ Barb. in rub. extra depo ſi aũt aliquis dicit ſe debitorẽ ex tali cauſa, videtur promittere. Bar. ex l. ſentẽtia, de teſta. tute. Clau. ¶ Et ad intellectum huius §. vide Bar. in l. quæ dotis, & ibi Ale. ĵ. ſol. ma.
b Ale. ¶ De oper. lib. Sed pone, præceſſerat inſtrumentum continens ſummam mille depoſitam, quam promiſerat reſtituere, poſtea confectum fuit aliud inſtrumentum continens promiſſionem in centum, & non erat adiecta cã, an vltimus contractus teneat. Et videt̃, ꝙ non, quia cauſam non continet, vt hic, & l. generaliter. C. de nõ nu. pe. & c. ſi cautio, de fid. inſtr. q̃uis in inſtrumento, ꝓmiſſor confitea͛t ſe debitorem, & ſolẽniter ꝓmiſit dare, & reſtituere ꝑ ſtipulationẽ, qꝛ ex quo totũ illud dicit̃ eẽ de cõfeſſione partis ꝓmittẽtis cũ nõ exprimatur cã, quare debitum peruenerit ad ipſum ꝓmittẽtẽ, nõ dicit̃ habere ſufficientem cãm illud inſtr̃m, vt videtur gl. in d. c. ſi cautio. & expreſſius gl. j. hic in d. §. fi. quę vult, ꝙ ſiue quis cõfitea͛t ſe debere decẽ, ſiue confiteatur ſe accepiſſe decem, ſꝑ alio non expreſſo dicatur cõfeſſio ſine cã. Et dicit hic Sal. ꝙ iſta gl. hic in fi. vult, ꝙ ſi qs per ſtipulationem dare decẽ Titio ꝓmiſerit quæ ab eo accepit, dica͛t hæc ſtipulatio eſſe indiſcreta, & ſine cã, & ita tenet, & non valet, licet dubitet. Neque tunc ſecũdũ eũ põt dici, ꝙ cenſeatur facta animo donandi, qꝛ ꝓmiſſio iſta hẽt cãm. ſ. ꝙ accepit ab eo cui ꝓmittit. Tñ dic, ꝙ non eſt valida. Vñ talis cã eſt cõſiderãda nõ vt faciat, ꝙ ſtipulatio obligationẽ ꝓducat, ſed vt operetur, ꝙ declaret mentem promittẽtis fuiſſe nolle donare. Ideo videt̃ ꝙ talis ꝓmiſſio ſine cã, iuncta ẽt cum confeſſione ſine cã, non ſit efficax, vt ẽt ſatis videtur probari in d. c. ſi cautio. & ibi gl. in ver. ſi cauſam. Sed contrarium puto, ſ. ꝙ imo vr̃ habere cãm talis promiſſio, & aſſertio, per l. Publia. §. fi. ſ. depoſiti. & ibi Fulgo. & ꝙ no. Sal. in l. j. C. de confeſ. ver. ſed iuxta prædicta quæro, an ſi quis confiteatur, vbi dicit, ꝙ ſi quis confitetur ſe eſſe debitorẽ Titij in centũ pro reſto, & ſaldo rõnũ, dicitur cõfeſſio iſta habere cauſam maxime per d. l. Publia. in fi. ibi. item rõne patris. Præterea & alia ratione, pone tibi talem promiſſionem fuiſſe factam ex certa ſcientia, quia ita inſtrumẽtum dicat, vt ſic non poſſit allegari præſumptio erroris, vt no. Bar. & alij in l. ſi dari. de ver. ob. & in l. ſed & ſi quis. §. fi. ſi quis cau. & l. fi. §. pe. de condi. ind. & Bal. in rub. C. de confeſ. & in l. j. eo. ti. & in l. mater. C. de rei ven. & in l. 2. in 7. q. in fi. C. de reſcin. ven. & Imo. in l. à Titio. poſt medium. de ver. obl. Sed ita eſt ꝙ vbi promiſſio fit, etiam ſine aliqua cauſa diſcreta, vel ſpecificata, videtur facta animo donandi, vt oẽs concludunt in l. Campanus. de ope. lib. arg. l. cuius per errorem. de reg. iu. & maxime per illa verba appoſita in inſtrumento. ſ. ex certa ſcientia præſumitur cauſa donationis. & expreſſe dicit Bal. in rub. C. de confeſ. & Imol. in d. l. a Titio. de verb. obl. & Pau. de Ca. in l. hoc iure. de don. & in l. ſi diuortio. de ver. ob. Et iſtud ẽ verum, ẽt ſi in promiſſione facta ex certa ſcientia, iũcta eſt cõfeſſio ſine cauſa ex certa ſciẽtia. Sed An. in d. c. ſi cautio. in ver. ad ſecũdũ ẽ dicẽdũ. vt ibi ẽt abb. & Dy. in reg. qđ ſemel. de regu. iur. in 6. & Bal. in rub. C. de cõfeſ. & in l. fi. C. ſi cer. pe. ad fi. ꝓponit rõnẽ diuerſitatis, quare confeſſio ſine cã ſcienter facta, non inducit donationem, ſicut promiſſio ſine cã. & vide Barto. in l. non dubium. ad fi. C. de legi. & quæ dixi in d. l. Publia. §. fi. ſ. depoſi. vbi retuli dictum Inno. in d. c. ſi cautio. cum dicebat, ꝙ qñ quis confitetur ſe debere centum Titio, quæ per ſtipulationem reddere promittit, tunc clarum eſt ꝙ ꝓmiſſio miſſio non obliget cum effectu, quia cum confeſſio ſine cauſa non valeat ita neque promiſſio ſine ſtipulatione. Fallit quando ex certa ſcientia promittitur, vt ſupra. Nec etiam dicatur, quòd non poteſt dici, quòd non habuerit animum donandi promiſſor, quum expreſſit confeſſionem ſine cã, quia dico ꝙ illud poteſt eſſe verum in dubio. Sed qñ ex certa ſcientia facit, tunc non poteſt dici ꝙ non videatur habuiſſe animum donandi. Poſtquam enim ſciebat cãm non ſubeſſe, non cadit, niſi præſumptio donationis, aliàs ſequeretur, ꝙ ſi ſoluo ex aliqua cã q̃ ſcio eſſe inefficacem ſeu non ſubſiſtere, non videretur donatio, cuius contrarium probatur in d. l. cuius per errorem. Et idem debet eſſe in ꝓmiſſione, qđ in ſolutione. l. fi. C. ad l. Fal. l. ſi patronus. ff. de don. Facit qđ in ſimili dicitur, ꝙ ſi alicui promitto ex cauſa de præterito, quæ turpis erat reſpectu accipientis, videor donare cum ſciam illam cauſam non eſſe efficacem, vt ſubtiliter probatur in l. pen. ff. de cond. ob tur. cau. ſecundũ Raph. Cu. in l. generaliter, & in l. ſi ſtipuler. pe ver. ob. Facit qđ habetur in l. j. in prin. C. de rei vxo. act. vbi eodem modo, & ſi inutiliter. Et hoc maximè procedit, qñ iuramentum interuenit in inſtrumento, quia cum operatur, eſt vt ſtipulatio, quæ ſi vt acceſſoria valere non poteſt, valebit vt principalis, ſecundum Bart. in d. l. ſi quis pro reo, in 8. membro. de fideiuſ. & ibi dixi in d. l. Publia. Nec ad hoc obſtat ſi dicatur, ꝙ donatio nõ valet ſine inſinuatione, quia rñdeo, ꝙ imo non vitiatur vſque ad ſummam quingentorũ ſolidorum auri. l. ſi quis per redemptionem. C. de don. l. ſancimus. eod. ti. Io. And. in addi. Spe. in tit. de inſtr. edi. in §. porro. & Gul. & Bal. in l. illud. C. de ſacroſ. eccl. Et hoc intelligatur de illis ſolidis auri, quorum 72. faciunt libram auri. l. quoties. C. de ſuſc. & arcã. lib. x. & no. in l. quicunque. C. de ſer. fug. & in c. fi. de Iud. & dicit Bar. in d. l. quoties, ꝙ loco illorum 72. conſtituentium libram auri, ponimus 96. duc. Vene. qui conſtituunt libram auri, legalem. Quinimo virtute iuramenti, non poteſt donatio infringi, q̃uis non fuiſſet inſinuata, ſecundum veram opi. tñ quia debet iuramentũ ſeruari, qñ ſine interitu, &c. tñ donatio ex inſinuatione non eſt penitus inimica legib. quia valet, ſaltem vſque ad ſummã quingentorũ, & valet ẽt in caſib. de quib. in l. ſi qs pro redemptione. & in auth. itẽ à priuatis. C. de do. De ſecundo vide quę ibi ſcripſi. Item & alia rõne nõ põt allegari confeſſio, ꝙ ſtipulatio ſit ſine cã, puta qñ ex forma ſtatuti ĩ aliqua ciuitate inſtr̃a guarẽtiata haberẽt executionẽ paratã ſcđm Bal. in l. ſi cãm, de exec. rei iud. & ſequitur Pe. de Anc. in rep. c. canonũ ſtatuta, de cõſt. in ver. iuxta hoc mẽbrũ pone. Et dato, ꝙ illa cõfeſſio poſſit dici ſine cã, & ꝙ ñ poſſit in totũ ſubſiſtere. vt donatio, tñ confeſſio ſine cã non dicit̃ in totũ inutilis, qm̃ valet quo ad ſemiplenam ꝓbationem, ſi per eum cui facta eſt confeſſio allegatur aliqua cauſa, vt voluit Spe. ſequens Mar. de Fano in tit. depoſiti. §. nunc videndum, verſ. quæ eſt ratio. cum verſ. ſequẽ. per l. inſtrumenta. C. de proba. & ſequitur hoc Anto. & Iac. & Abb. in d. c. ſi cautio. Et licet iſti non dicant, nos Legiſtæ habemus duas glo. vnã in l. 3. §. eiuſdem. in ver. ſpeciem. ĵ. de teſti. aliam in l. inter chartulas. in ver. veritate. C. de conuen. fiſc. debi. lib. x. & per conſequens poteſt deferri iuramentum in ſupplementum ſemiplenæ probationis iuxta l. admonendi. de iureiu. & in l. in bonæ fidei. de iureiur. & in c. fi. eo. ti. de iureiu. Non obſt. allegata in contrarium, quia poſito, ꝙ illa confeſſio ſine cauſa duret, tamen ex quo in inſtrumento eſt ex certa ſcientia, valet in vim donationis, vt ſ. Nec ad hoc obſt. gl. j. quæ eſt hic, in fi. ponderando eam, vt facit hic Sal. quia in iſta glo. dicit totum contrarium. Et ita inter cæteros tenet hic Cy. in addi. quoniam gl. hic in fi. dicit, vel ſic promſi decem quæ per ſtipulationem accepi. Illa verba refert glo. ad ea, quæ proxime dixerat, ſecus ſi dicat, accepi. Et ſic refert ad caſum, in quo dixerat promiſſionem valere, & in fi. ſui dicti ponit alium caſum, in quo intendit ſtipulationem valere. Sed Sal. intellexit, ꝙ caſus ibi poſitus in fi. gl. refertur ſolum ad dicta per gl. in princi. & non ad proxima præcedentia. Illa gl. non loquitur, quando promiſſio eſſet facta à ſciente nullam efficacem cauſam ſubeſſe. Adde qđ voluit Bal. conſ. 417. 3 lib. inci. inter Io. & Aloyſiũ. vbi duo ſocij calculatis rationibus ſe viciſſim liberauerant, deinde vnus alteri fecerat inſtrumentum de ſexcentis pro reſtitutionis, ſed non dicebat ex qua cauſa, dicit Bal. ꝙ ex præceden tib. præſumitur cauſa, & ſi in inſtrumento eſt, & ex certa ſcientia, ꝙ efficaciter probat, licet non ſit cauſa.

LEX XXVI.

a Procula. a Not. ꝙ hic vr̃ remiſſum fideicommiſſum tacitè ex ceſſatione longi tꝑis, & cõputatione rõnum ſępius facta, & taciturnitate huius fideicommiſſi: quarum ſi quędam defecerint, non ſufficeret. Ita no. in l. libertis. §. j. ĵ. de ali. & cib. lega.

ADDITIO.

a Pariſ. ¶ Procula. Vide Ro. conſ. 143. Ale. conſ. 46 & conſ. 56. vol. 4. gl. in l. libertis quos. §. manumiſſis, de ali. & cib. le. Ale. in addi. Bar. & Imo. in l. quæ dotis. ſo. ma. per Ro. conſ. 17. vbi ponit duos caſus in quib. ex ſola diuturnitate temporis inducitur remiſſio tacita. Item vide vnam quæſtionem quam ponit Are. in l. recuſari. de acq. hæred. vbi ponit de ſorore, quæ diu ſterit cum fratrib. & nunquam petijt partẽ hæreditatis, ſed ſolum ea q̃ ſibi erat neceſſaria, an videatur renunciare hæreditati, vide ẽt circa iſtam legem Deci. conſil. 79.
Ale. ¶ Procula. Vide Bal. in l. cum proponas. C. de pac. & omnino in l. ſi certis annis. eo. ti. vbi concordant cum Bar. hic.
Pom. ¶ Vide Barb. conſ. 1 . vol. j. Et an requiratur ꝙ iſta tria. de quib. hic concurrant, vide Ale. in l. quæ dotis. ff. ſol mar. & conſ. 56. in vlt. col. in 4. volu. & per Fel. in c. literas. de præſum. Bar. conſ. 124. & Ro. conſ. 143. conſ. 46. in fi. vol. j. & Barb. in c. cum M. de conſt.

LEX XXII.

1 *Teſtator ſi confiteatur ſe debere decem Titio, Titius non capiet vt debitum, ſed vt legatum, niſi debitum probetur.*
2 *Cõfeſſio patris ſe habuiſſe a filio ſpurio decẽ inter viuos, ꝑ̃ſumitur frauduloſa.*
3 *Venditio omnium bonorum præſumitur frauduloſa.*

a Qui teſtamentum. a Not. † ꝙ licet teſtator in te-
1 ſtõ ꝯfiteatur aliquid ſe dẽre, tñ illud nõ capiet legatarius, vt debitũ, ſed vt legatũ, niſi debitũ probetur, vt hic, & l. legaui. ĵ. de libe. le. q̃ lex loqtur ẽt quãdo relinqtur capaci. qđ eſt no. & ſic nõ capiet añ alios legatarios, & Falcidia de-
b trahetur ſicut de alijs. ¶ Scdò not. b vnã qõnem quã † q̃rit gl. qd ſi
2 inter viuos c aliqs ꝯfeſſus fuit ſe habuiſſe à filio ſuo ſpurio. Et di-
c cit gl. ꝙ tũc valet. Et no. iſtã gl. inquãtum dicit ꝙ inter viuos non præſumitur fraus, ſed eã reprehẽdit Ia. de Bel. & dicit ꝙ eſt caſus in l. j. C. de natu. libe. vbi eo ipſo ꝙ reperitur apud filiũ de bonis patris
3 ꝑ̃ſumitur frauduloſè factũ. ¶ Vltimò not. † gl. q̃ dicit venditionem oĩum bonorum eſſe frauduloſam. ar. l. oẽs. §. Lucius. q̃ in frau. credi. licèt illa lex loquatur in donatione. ¶ Idẽ no. in l. patronus. ſ. eo. qđ vr̃ tenere doc. in l. 2. C. ſi in frau. pa. ¶ Quęro qd ſi vẽdidi oĩa bona mea, nõ ſub iſta applone oĩa, ſed vẽdidi ſingulariter illã & illã rem ita, ꝙ mihi nihil remanſit. Dic vt in l. nomen. § fi. ĵ. de leg. 3.

ADDITIONES.

a Ale. ¶ Qui teſtamentum. Et intellige iſtum tex. & ſimiles, quando fit confeſſio in fauorẽ non capacis, ad quem ordinatur naturalis affectio, vt in ſpurio, ſecus in alio vt in bannito, ſecundum Bal. in l. j. in prin. C. de fal. cau. adiec.
Pom. ¶ Vide Barb. conſ. 30. 2. vol. quia autem non valet iſta confeſſio, vide Bald. in l. fi. C. de epi. & cle. Vide Ale. conſ. 4. in 3. vol. & conſ. j. 3. vol. & conſ. 16. in fi. e. vol. & conſ. 18. in 4. vol. Raph. Cu. cõſ. 31. in vlt. dub. in vlt. col. Et vide Ale. conſ. 18. in j. col. in 3. vol. & q̃ ſcripſi ad Bar. in ſimili in l. ſi ſorte. ff. de caſtr. pec. Ale. conſ. 125. ad fi. in 4. vol. Rom. conſi. 216. Et Card. conſ. 144. col. fi. & Are. conſ. 63. & Soci. conſ. 65. vbi loquitur in confeſſione emanata inter virum & vxorem, conſtante matrimonio. Et Bal. conſi. 498. in j. parte. vbi ponit pulchrum caſum.
b Ale. ¶ Secundo no. pater confitendo ſe debitorem filij ſpurij, nõ poteſt ſibi ob hoc aliqd dare, & quicquid penes filium ſpurium reperitur, præſumitur per fraudem eſſe. Idem tenet Bar. in d. l. j. C. de nat. lib. & ibi Bal. & Bar. & doc. in l. ſi is qui res. de vulg. & pup. Adde Bal. conſ. 241. inci. ſpurio. 2. lib.
c Pariſ. ¶ Inter viuos. Vide late Ale. conſ. 18. vol. 3.

De fide inſtrumentorum. Rub.

LEX PRIMA.

a INſtrumentorum. Vides ergo ꝙ ex alluſione vocabuli ſumitur ꝓpria ſignificatio. Hoc examinaui in repetitione l. omnes populi. ſ. de iuſti. & iure. & ibi vide, vbi plenè dixi. verſi. quæro vnde ſumatur.

ADDITIO

a Pariſ. ¶ Inſtrumentorum. An autem ſtatutum faciens mentionem de inſtrumentis comprehendat acta, vide Ang. conſ. 49. inci. repertum. Item ꝙ licet de iure cõi appellatione inſtrumenti etiam veniat ſcriptura formata, ſecus tñ fit de cõi vſu loquendi, vide Franc. conſ. 51. alias 50. vide omnino Ro. conſ. 77. ad fi. Fel. in rub. de fi. inſtr. ad fi. Item, an, & qñ appellatione ſcripturæ veniat omne illud, qđ inſtruit cauſam, vide Berta. in trac. de gabel. in 3. parte octauæ partis prin. vide Barb. in rub. de fi. inſt. Item an appellatione inſtrumenti veniant teſtes, vide Fel. in c. peruenit. extra de teſt. cog. & in rub. de fi. inſtr. ver. ſecunda concluſio. vbi ponit, an de communi vſu loquendi appellatione inſtrumentorum veniant teſtes, & econtra, & an ſcriptura priuata, vide de iſtis Iaſ. in repetitio. l. admonendi. ff. de iureiur.

Ale.

Alex.¶Instrumentorum.Istam l.no.alle,Bar.in l.admonendi,in vlt.ver.s.de iurein. Et vide q ibi dixi in fi.Sed quid in priuata scriptura,vtrum veniat appellatione instrumenti. vide Bar.in l.j.de iur.calum.& q no.in l.in fraudem.§.neque instrumenta,de iur.fis. Vide q dixi in d.l.admonendi.in fi.Limita hãc l.prærerquam in dilationib. Nam si data est dilatio ad producendum instrumenta,non poterit producere post didicita testificata. Dicit Bal.hic.& in l.si ex falsis.C.de trans.vbi omnino vide quæ dixi.Et an appellatione instrumentorũ veniant acta.vide Bar.in l.in fraudẽ,§.neque.de iure fis.Et an veniat testm̃, tex.q sic, & ibi vide Bart.in l.si idẽ codicilli.C.de cod.Sed an priuata scriptura veniat appellatione instrumentorum,vide Bar.in d.l.j.C.de iu.ca.& q no.in d.l.in fraudẽ.§.neque. adde,qñ appellatione instrumenti veniat priuata scriptura,pulchre Rom.consi.23.inc.ne scio quid dubitatis.Et an appellatione actorum veniat sententia, vide Io.And.in addi.ad Spe.in tit.de sententia.Bal.cons.338.j.lib.

Pom.¶Ad istum tex.vide Bar.in l.in fraudem,§.neque ff.de iu.fis.Alex.in l.si ex falsis.in j.col.C.de trans.Ro.cons.23.2.dub.

LEX III.

1 *Debitor si confiteatur hodie, quòd Titius sibi mutuauit iam sex mensibus elapsis, ista confessio non præiudicat alteri creditori.*

a Repetita. a Istam legem intelligo in scriptura priuata. Nam notarius,qui scriberet instrm̃,& apponeret alium diem tunc sine dubio ɔmitteret falsum.Itẽ intellige qđ hic fuit apposita dies non vera.Nã loquit̃ de die ɔscripti instri.Nam si instrm̃
1 contineret verum diem hoc modo,Hodie ɔfiteor,† q tu mutuasti mihi cẽtum iam sunt sex menses, sub oblĩone bonorum meorum tunc instrm̃ istud non esset falsum,sed ista confessio debitoris non præiudicaret alteri creditori,vt l.si superatus.s.de pignorib.

ADDITIO.

a Alex.¶Repetita,Adde quod no.dixi post Bar.in sim.in l.diuus.§.item senatus.ff.de fal.Et vide qđ no.Bar.in l.si testamentũ,de test.& quod ibi dixi,qualis dies debet poni in instrumento.Et hic adde Bal.post gl.in l.scr pturas,per illum tex.C.qui pot.in pig.hab.& idem quod Bar.hic,tenet Spec.in tit.de obl.& sol.§.j.ver.sed quid ecce.

a De testibus. a Rub.

ADDITIO

a Paris.¶De testi.An probatio quæ fit viua voce per testes,sit dignior, quã illa quæ fit per instrumenta.vide Fel.in rub.de fide instr.& ibi ẽt qđ quædã pbantur per testes,quæ non per instrumenta & econtra vide ẽr ad Bar.in l.in exercend s.C.de fid.instr. vbi alia hẽs

LEX PRIMA.

a TEstimoniorum. a Et hoc q hic dicit in pecuniarijs litib.dicunt quidã q cã dicitur ciuilis,& lis dr̃ criminalis, de quo hic in gl. in verb.litibus & l.causas vel lites.C.de transactionibus.

ADDITIO.

a Alex.¶Testimoniorum. Ad hunc tit.adde q iudex potest,si vult, non credere testi, vide Bar.in l.Lucius,in fi s.de his,qui no.infa.

1 *Iudex refrenat numerum testium, & quomodo.*

a §.Quanquam. a Not.† q iudex pōt refrenare numerum
1 testium. b ¶Sed quæro qualiter fiat ista re
b frenatio,& qualiter iudex numerũ testium moderabit̃?Rñd.si qdẽ vna pars iam pduxit,dẽt iudex admittere aliã partem pducere tot testes,quot ista pduxerit,& qñq; plures ex cã, vt puta si sunt plures testes,& quidam volũt deponere super quibusdã articulis, & quidam super alijs.Si verò non produxerit alia pars testes, sed vult producere vnum de nouo,tunc iudex refrenabit sm̃ qualitatẽ causæ Circa hoc vide gl.ordi.& Inn.in c.cum causa.extra,eo.tit.

ADDITIONES.

a Ale.¶Quanquam.An testis debet esse notus parti,adde no.in l.fi.§.j.C de iu.deli.& per gl.in c.cum cãm,el j.in ver.de causis,extra eo.

b Paris.¶Numerum testium.Vide Ale.cons.5.vol.j.Fel.in c.in nostra,de testi.late Ale.consi. 149.ver.possit,in fi.vol.5.& cons.99.ver.non obstante,eo.volu.Fel.in c.testimonium,de testi.Ale,cons.78.vol.j & dicit Fel.in c.licet vniuersis,de test.q quando testes non sunt omni exceptione maiores, etiam si sint tres, non plenè probant, vide Ias.in l.si quis ex argentariis,§.cogentur.col.j.ff de eden.Cur.in tract.de testi.in j.q. Dec. cons.133.ver.nec obstat.dicentem istam gl.non habere locum in causa graui.

Alex.¶Numerum testium.Adde q no.Bar.in l.fin.s.de fer.& in auth.at qui semel.C. de prob.& no.consuluit Bart.Sed de iure ciuili talis refrenatio potest fieri ad tres testes super vno articulo.Tex.est valde not.in l.quoties,& ibi Bar.C.de naufr.lib.xj.quem ad hoc alle.Lud.in suis not.Et vide Io.And.& abb.in d.c.cum causam,& vide c.significauerunt, & quod ibi no.extra,eo.tit.Adde de refrenatione testium Old.cons.145.

LEX II.

a In testibus. a In hac l.vsq; ad §.lege Iulia. sic procedit Iurisc.
b Nam primò ponit theoricam. Secundò practicã in genere.Tertiò,ponit ea per multa rescripta. Secunda ibi,in l. testium.Tertia ibi,in §.ideoq;. ¶Op.probatio b est facere fidem iudici,vt s.titu.2.l.quinquaginta.& l.cum de ętate.si ergo habemus fidem de qua hic primò dr̃,non debent cõsiderari mores & alia.Huius timore facta est gl.magna hic,q propter fidem habendam consideretur fides & grauitas,&c.quia fides per se non potest considerari,nisi ex alijs hoc probetur.j.l.proxi.in prin.

a ADDITIONES.

Ale.¶In testib.Adde Bar.in l.4.§.hoc autem,in fi.4.q.de dam.inf.Potest tamen interrogari pars,an testis suus,quem produxit,sit certioratus,vt tenet gl.in c.super eo,de testib. licet Io de Lign.ibi teneat contrarium.Et an testis possit interrogari,vide Bald.in auth. si dicatur.C.eo.& Abb.plene in c.cum cãm,de testi.

b Ale.¶Op.probatio.Item præsumitur inimicus,quem expello de domo. l. Lucius Titius. & ibi no.Bal.ad hoc de leg.3.An autem qui testificatur in cã criminali,præsumatur inimicus.gl.quod non in c.meminimus.de accus.& in c.fraternitatis.de testi.& ibi Abb.& vide Specul.in titu.de teste.§.j.versic.item quid in alia.& Bar.in l.post legatum.§.his vero. de his quib.vt indig.

LEX IIII.

1 *Testibus existentibus in dignitate magis creditur,quam his,qui non sunt in dignitate.*

2 *Electis ex duobus præfertur electus à dignioribus.Inimicitia repellit testem.*

3 *Criminalis causa facit quẽ capitalem inimicum. Item causa pecuniaria magna. Testem iudex de quibus conditionibus interrogabit.*

4 *Testis quando variat in vultu dum examinatur scribi debet in actis.*

a Testium. a Not. † q magis creditur ei qui est in dignitate,
1 quàm ei qui non est in dignitate.Et ex hoc dicit in Cano.q si duo sunt electi & haberent ęqualem vocem,tñ vnus ex
b parte b sua haberet priorem & sacristã & similes,q sunt ĩ dignitate,q p̃fertur ei,qui haberet canonicos simplices nõ habẽtes dignitatem.
2 ¶†Secundò no.q propter inimicitias c quis redditur suspe
c ctus: d tñ quædam inimicitia impedit,quædam non impedit admit
d ti in testem:licet postea opponatur,vt C.eo.authen.si testis produ
e ctus. Item aduerte, q causa criminalis e facit quem videri capitalẽ inimicum.Idem intellige in causa pecuniaria magnæ quantitatis, argu.j.de excu.tut.l.propter litem in prin.c.& Instit.de excus.tut.in
2 §.inimicitiæ & q not.in auth.si testis productus.Sed quæro † qualiter iudex istas conditiones,de quibus hic dicitur inuestigabit? Rñ. Quædam est cõditio,q̃ testiũ turpitudinẽ nõ ɔtinet,& de illa poterit interrogare illũ testẽ,vt in d.auth.si testis pductus. Quædam est ɔditio q̃ ɔtinet testiũ turpitudinẽ,& de ista non debet interrogare. De turpitudine verò ab alio detecta iudex interrogabit ex officio. Qđ allegat̃ in qõne illa,an iudex p̃t interrogare testes in causa criminali,licet à parte non pducant̃.Itẽ aduerte f ad glo.istã,q̃ dicit q pallor,vultus,&c.q facit vt testi credat̃ minus.Nam dñt doct. iuris
3 Cano.† q hoc dẽt scribi in actis,ita q iudex de hoc ppendat, vt ex. de fide instr.c.ɔstitutus.& not.p Innoc.in c. qm̃ ɔ falsam extra, de
g proba.& in Spe.de teste.§.nunc tractandum.versi.considerare. g

ADDITIONES.

a Alex.¶Testium,Ad intellectum totius huius l.vide Bald.in l.testium. C. eod. Et ad hoc prin.ibi dicit Bal.quòd magis creditur duabus notab.personis in dignitate positis,quàm plurib.aliis vilib.& magis creditur paucis non suspectis,quàm multis & suspectis. Et facit ad id q dicit hic Bar.in prin.Quis tamen sit nobilis,& quis vilis,est arbitrarium.Bal. in l.Gracchus.in prin.C.de adul.dixi in l.in maiorem.de pact.& adde Bal. in authen.sed cum testator.C.ad leg.Falc.& ibi habes,&c. Et ad dictum Barto.hic de præsentato à digniore,adde Bald.in cons.suo vij.in tit.de conces.præb.

¶Pom.Vide gl.in c.latores.de clerico excommunicato.

b Pom.¶Ex parte. No.ex ver.tu magis.q testis deponens non verisimilia,aut contraria naturæ non probat,vide Alex.cons.38.& cons.44.in fi.Bart.in l. inter omnes, §. recte. ff. de furt.& in l.Titius,in fi.ff.de infa.Alex.cons.91.vol.4.& cons.124.col.j. vol.4. cons.51.eo. vol.Præpo.in c q dictis,16.distin. Fel.in c.licet causam, de prob.& in c.in nostra,de test. Cæp.cons.3.Fel.in c.auditis,de præsc.Barb.cons.6.vol.j.& cons.11.cons.18. & cons.21.eo.l. vol.& cons.26.eo.vol.Fel.c.cum olim,de re iud.Rom.cons.344.Alex.cons.89.vol.3.Aret. in cons.138.& cons.44.col.fin.Paul.de Cast.l.scripturæ, col.fin. C.de fide instr. Aret.cons. 127.& testibus hinc inde variis præferuntur pauciores pluribus, si deponunt verisimiliora.Ita Alex cons.27.vol.2.cons.111.ad fin.vol.3.vbi ponit multos modos,per quos probat quem deponere verisimiliora.& cons.50.col.fin.vol.5.& cons.120.eo.volu. Soc.consi. 244.vlt.col.& cons.254.cons.120.& 164.

c Paris.¶Inimicitias.Circa istam materiam q inimicitia repellat testem,& qualis inimicitia,vide quæ habes ad Bart.in l.j.§.fi.ff.de adi.le.Item adde q nondum inimicus,sed suspectus de inimicitia repellitur,vide Fel.in c.cum I.& A.de re iud.Item adde sing.q sufficit causa inimicitiæ esse commissa,licet alter ignoret.Ita Bart.in l.j.ad fin.ff.de his qui vt ind.sequitur Alex.cons.16.ad fin.& cons.127.vol.4.Item an inimicitia nouiter suscitata faciat q repellatur,vide Rom.sing.416.incip,Inn.Alex.cons.99.vbi etiam ponit alia in materia,Et Rom.cons.185.Item requiritur,q sit grauis,vide Alex.cons.78.in j.vol. Item adde,q inimicitia siue iusta siue iniusta repellit,vide Abb.in c.repellantur,circa fin.extra de accu.post Bar.in l.j.ff.de his,qui.vt ind.Aduerte tamen ad illud,quod dicit ibi,Abb.in fi.q ille,qui fuit causa inimicitiæ malitiosè,vt testem repelleret,non potest se iuuare propter dictam inimicitiam,post Bar.de quo ibi per eum. Et quomodo præsumatur malitiosè hoc factũ,vide Bal.in auth.si dicatur,de testi.ad Bart.in l.j.§.cum quis, ff. de quæst. Vide vtrobique Ias.in l.si filiam,C.de inof.test.Item quidam inimicus licet reconciliatus q non sit omni exceptione maior,vide Ioan.de Ana. cons.17. Ias.in l. sororem, col. vlt.de his qui.vt indi.Item an ille,qui fuit testis in vna causa contra aliquem repellatur, ponit Fel.in c.meminimus,extra de accu.Item q inimicitia procedens etiam ex culpa alicuius possit per eum allegari ad repellendum testẽ, vide & limita vt per Ias.in l.si filiam.C.de inof.test.& quæ & qualis inimicitia repellat testem,& quid si esset facta reconciliatio,& ex quibus actibus probatur reconciliatio,maximè si simul comederunt vel vnus fuit ad nuptias alterius,& similia,vide per Barb.cons.80.volum.4.vide quæ habes in reper.in ver.testes.

d Alex.¶Suspectus.Et vide quæ dixi in l.2.in fi.j.de adi.le.secundũ Io.And.in c.cũ oporteat de accu.An hæc inimicitia semper repellat testes remittit̃ iudicis arbitrio, hoc limita, nisi inimicitiæ superuenerũt ex hoc,vt ille nõ testificaret.Ita firmat Bal. per illum tex. in l.sed si quis,§.illud sciendum,si qs cau.Dy.in l.filię,s.so.ma,Bar.in l.j §.cum quis,de quęst.Bald.in auth.si testis producatur,C.de testi.& in l.2.§.sed si agat, ff. de iud. & q no.Io.An.in c.fi.de testi.& satis inquãtũ ad hoc dicitur inimicus,qui mecũ litigat, vt cõcludit Ant.& Abb.in c.j.de iud.qđ est verũ si hẽat litẽ mecum de pñti criminalẽ,vel ciuilem omnium bonorũ,p tex in Auth.de test.§.si vero odiosus,in pri.& per alia ibi alle. Aut habet ciuilem,& tunc non repellitur omnino,sed est in arbitrio iudicis facta fide, &c.Et videtur pro Bar.in d.§.si vero odiosus.Aduerte tamen inquantum dñt si fuit lis finita,&c.q non videtur bene,quia nõ distinguitur an lis ẽ pñs,qa ratio,ppter q̃ remouetur testis mouens litem criminalem,est,quia ex tali p̃samit̃ inimicus, nisi probetur reconciliatio,secũdũ Inn.in c.cũ oporteat.de acc.Sed ista rõ habet locũ tã in finita lite q̃ ñ finita,qa qui semel fuit inimicus semp̃ præsumitur esse nisi cõtrarium pbetur,secũdum Inn.in d.c.cum oporteat,&c.Bald.in d.auth.si testes productus,& est casus,quẽ ibi ad hoc ponderat Bal.in l.in ipsius,C.fam.ercis.Spec.in tit.de testi.§.superest.vers.id quoque notandum,dicit q inimicus ẽt recõciliatus,põt repellit Allegat tex.cum gl.3. q. v.c.accusatores.el j.q intelligas,si sit reconciliatus de recenti,alias non pcederet, vt ibi no.Io.An.Et aduerte,quia hic dicam ratio fortissime vrget.Videmus posse saluari dicta doct.quando ille, qui habuit litem mecum, licet videatur durare in præsenti, tamen eius culpa sibi mouit litem.Nam tunc non repellitur.Ita dicit Bart.in l.j.§.cũ quis. de quæst.Pro quib.facit tex. optimè,quem ipsi non allegant in d.§.si vero odiosus, vbi dicit quòd ille qui litem mouet,videtur totaliter repellendus,ergo lite finita, videtur admitti.

admittendus aliquo casu. Sed contra istam doctrinam sing. est in c. cum I. & A. doctrina In. de re iud. dicēs, quòd qñ quis repellitur à testimonio, non distinguitur cuius culpa inimicitia fuit contracta. Et ista dicta sequuntur Mod. Posset forte dici, quòd illo casu testis nō repellitur in toto, sed non adhibetur plena fides sicut dicit tex. in d. §. cum quis. An amicus inimici mei repellatur, & dicatur meus inimicus, vide Bal. in l. si quis testi. C. de testib. & ibi dicit, ꝙ qui allegat inimicitiam, debet eam probare, & debet probare qualitatem inimicitiæ. Et ad cognoscendum an sint graues, vel leues inimicitiæ, Bald. in d. auth. si testis productus, dicit ꝙ committitur arbitrio iudicis. Adde ꝙ non solum inimici, sed suspecti de inimicitia capitali repelluntur, Inno. in c. cum P. Mauconella. de accus. & dicit Archidia. in d. c. accusatores. 3. q. 5. inimico testi nullam fidem adhibeadã, argu. illius tex. sed posset intelligi in criminalib. & dicit quòd etiam ab accusando repellitur, & excipiendo, de quo in c. meminimus, de accusatio. Et vide ad prædicta Ioan. And. in titu. de testib. §. porro, versi. item aduerte. Circa materiam huius l. quæro vtrum iudex possit ex officio suo testes repellere, & inquirere de conditione testis, Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de teste. §. j. ver. quid de domestico, tenet quòd sic, nisi habilitatio testis procederet à voluntate partis tacita, vel expressa, vt not. de testi. cog. c. dilecti, in gloss. magn. & in auth. de testi. §. si vero quidam, aperte Innoc in c. intimauit. de testib. & not. in gl. 2. q. 7. c. quærendum; & gloss. in l. j. § si præses. de magist. conue. quam ibi magnificat Nicol. de Nea. & illam alleg. pro sing. Bald. in l. quos prohibet. de postu. & ibi sequitur Angel. vide glo. in c. nulli, de accus. vbi testis repellit alium testem, & c. facit ratio, quia sumus in his, quæ concernunt fauorem animæ in quibus iudex ex officio suo potest. Ita voluit Inno. in c. bonæ. de postul. præla. benefacit tex. in c. ad nostram, el 2. de iureiur. & ꝙ concernat fauorem animæ patet, quia testis criminosus ideo non admittitur, quia lex præsumit eum deierare. c. testimonium. de testi. Contrarium tenet Archid. in c. quærendum. 2. q. 7. Ioan. And. & Ioan. de Ligu. & Pet. de Anch. c. super eo. extra, de testib. sequuntur opi. Arc. Et propter quam inhabilitatem possit iudex ex officio suo repellere, vide Bal. in l. si quis testib. C. de testib. Adde an testis inimicus repellatur, & quæ dicatur grauis inimicitia, Bald. consi. 339. j. lib. Et quod testis inimicus reconciliatus non nouiter admittitur in testem contra inimicum reconciliatum, tenet Rom. consi. 186. cetera vide latius per Specu. eodem titul.

